Diui Alberti Magni

Ratispoñ. Episcopi sūmi peripathetici due partes sūme. quarum prima de quatuor coequeuis. secunda de homine inscribitur: vna cum pulcherrimis additionibus editis ab Excellente artiuz et medicine doctore Marco Antonio Zimara sanctipetrinate nuperrime castigate ac pristine integritati restitute.

Est Zachariæ Caimi.

Incipit Tabula articulorum de quatuor coequeuis.

Questio prima de creatione.

Questio secunda de quatuor coequeuis singulis. Et primo de materia.

Questio tertia de eternitate euo ⁊ tempore quod est secundum coequeuum.

Questio quarta de tertio coequeuo quod est celum empyreum ⁊ de aliis celis ⁊ etiam de stellis.

Questio quinta de quarto coequeuo quod est angelica natura.

Questio sexta de statibus angelorum.

Questio septima de hierarchijs et singulis ordinibus angelorum.

Questio octaua de virtute assistrice et ministratiua et custodijs angelorum.

Questio nona de motu et locutionibus angelorum. Et formas et figuras corporum que assumunt.

8 Utrum

Questio decima de statu malorum angelorum scilicet de casu ordinibus ⁊ exercitio eorum circa homines.

Questio vndecima de tentationibus demonum circa homines.

Questio duodecima de quatuor coequeuis in communi ⁊ de operibus sex dierum ⁊ de quiete sabbati.

Tabula Prime Partis explicit.

Tabula questionum libri de homine Alberti Magni Ratispanen. Epi.

Finis.

Incipit Liber Prime partis Sūme Alberti Magni ordinis Predicatoꝝ de quatuor Coequeuis. Questio Prima.

Queritur de
creaturis. Et primo de
creatione. 2° de creatu/
ris. Circa creationem
querūtur octo. Primo
an sit creatio. 2° qd sit.
3° cuius sit ꝓprius act⁹
creare. 4° vtruꝫ sit cōi/
cabilis alij. 5° vtrum sit
opus nature vel volūta
tis. 6° vtruꝫ sit separa/
tus ab opere nature ⁊ ꝓ
posito. 7° vtruꝫ plus sit
ostēsiuus potētie vel sa
piētie vel bonitatis. 8°
vtrum sit naturalis vel miraculosus.

An creatio sit. Articulus Primus.

AD primum sic ꝓcedit. Qōcūqȝ est: est substā/
tia vel accidēs. ergo si creatio est erit substātia — Quito meta. tex.cō.14.
vel accidēs: sed nō est suba nec accñs. ergo nō
est. Probatio minoris. qa qcqd est substantia
vel accñs cadit in aliquo decē p̄dicamentoꝝ:
sed creatio nō cadit in aliquo deceꝫ p̄dicamē/
toꝝ. ergo ⁊c̄. Probatio huius est. qa si cadit in aliquo non
est nisi in actione. sed nō cadit in actiōe: qa actio est ꝑm quā
In sex principijs caplo de actione. — in id qō subijcit agere dicimur: sed creatiōi nihil subijcit.
qa creatio est ex nihilo: ⁊ si subijceret ei aliqd hoc esset ma/
teria: sed hoc nō est veꝝ. qa mā est creata vt alia. Prete/
rea: ꝓpriū actionis est vt dicit Phs ex se in eo qō subijcit
passionē inferre: qō iteꝝ nō cōuenit creationi. nō eni omnia
creata patiunt cū passio sit ꝓpria materie vt dicit Phs. Itē
qōcūqȝ est: est creator vel creatura: sed creatio est. ergo ⁊c̄.
sed nō est creator: qa nō ꝯuenit creatori ratio creatiōis que
est factio alicuius ex nihilo. Silr nō est creatura: qa creatu
ra creationis est terminus. ergo nihil est. Preterea omnis
creatura creata est. ergo creatiōe creata: ⁊ sic iret in īfinitū.
Itē qōcūqȝ erit de potētia ad actū nō erit per modū crea
tionis: sȝ oē qō est in mūdo erit de potentia ad actum: ergo
nō erit per modū creationis. Probatio medie ꝓpōnis di/
Caplo d dīa — cit Porphyrius qꝫ differētie que diuidūt superi⁹ potestate
sunt in illo: sed qcqd est in mūdo est differentia entis: ergo
potestate est in illo: ⁊ ita erit ab illo sicut actus de po^a. Si
forte dicat qꝫ ens nō hȝ causalitateꝫ respectu alioꝝ hoc erit
ꝯtra Phm in p̄n° de causis qui dicit. qꝫ ens est p̄ma cā que
2° d gñatione ⁊ corruptione tex.cō.56. — magis influit q̄ȝ aliqua secūdaꝝ. Preterea idē eodē mō se
hñs semꝑ facit idē: sed deus est idē eodē mō se hñs ab eter
no: ergo idem fuit opus eius ab eterno: sed creatio nō fuit
opus eius ab eterno: ergo nūq̄ȝ fuit opus ei⁹: ⁊ ita nihil est.
Si dicat qꝫ creatio est opus volūtatis dei ⁊ voluntas est
Pro hoc vid 8.phy.cō.15. — p̄n^m dilatoriū. Cōtra. cuiuscūqȝ actio essentialr nō diui/
dit a volūtate illius actio post volūtateꝫ nō est dilatoria: sȝ
actio dei nō est diuisa essentialr ab eius volūtate: ergo post
Tex.cō. 51. — volūtateꝫ nō est dilatoria. Probatio medie est in 11° meta.
vbi dicit: volūtas est actio illius. Preterea: oē qō hȝ vo
luntatē dilatoriā mutabile est ab habitu in actū: sed de⁹ est
oino imutabilis: ergo nō hȝ voluntatē dilatoriā. In ꝯtriū
est qō dicit in p̄n° Genesis. In p̄ncipio creauit deus celum
⁊ terrā. ergo creatio est. Preterea nō pōt esse nisi primuꝫ
vnū ⁊ illud habebit rōnē cause respectu alioꝝ p̄ncipioꝝ na/
ture. p̄ncipia aūt nature sunt forma: mā: ⁊ efficiēs. g̃ respe/
ctu illoꝝ erit causalitas p̄mi: ⁊ nō pōt esse causalitas per mo
dū gñationis: qa ꝑm Phm: p̄ncipioꝝ nō est gñatio. mate/
7° meta.26.⁊ 27. — ria eni nō est gñabilis: silr nec forma vt dicit in metaphica:
sed potius cōpositum est gñabile: ergo de nihilo ꝓducūtur
in esse: opȝ eniȝ qꝫ aut de potētia aut de nihilo: sed nō de po
tentia: qa sic māe esset materia: ⁊ potētie potētia: ergo de ni
Prio ce.1.c.2. — hilo: ⁊ sic creatio erit. Preterea in p̄n° de celo ⁊ mūdo dicit
Phs adhibuimus magnificare deū gloriosum creatorem
oiuȝ eminētē ꝓprietatib⁹ eoꝝ que sunt creata. Preterea in — In trāslatiōe
16° de aialibus dicit Phs. qꝫ sensibilis. s. aia ⁊ vegetabilis — Theodori est
educunt de potētia. intellectus aūt egreditur ab extrīseco ⁊ — 2.d gñō.aialiū.
nō educit de potētia ⁊ educit in esse: ergo de nihilo: g̃ crea/ — caplo.3.
tio erit. Qō ꝯcedimus dicētes ad primū qꝫ suba dicit du — Suba 2r dr.
pliciter determinabilis. s. in p̄dicamēto ⁊ illa diuiditur per
primā ⁊ scōam ꝑm qꝫ hȝ rōnem subiecti ad aliqua. aut eniȝ
subijcit accñtib⁹ ⁊ substātijs qbusdā vt p̄ma: aut accñtibuꝫ
solū vt secūda: ⁊ dicit substātia que diuiditur cōtra accñs ⁊
hec nō sic determinat: qa quedā suba est que accñtib⁹ nūq̄ȝ
substat sicut imutabilis sicut dicit Phs de p̄mo qꝫ ipossibi/ — Vide.12. meta.
le qꝫ sit per dispōneꝫ aliā. Unde hec substātia nō est nisi ens — cō.39.⁊.51.
nō in alio: ⁊ hec nō incidit in p̄dicamentū sube ꝓprie. Silr
accñs dicit istis duob⁹ modis. s. ordinabile in p̄dicamento — Accñs 2r dr.
⁊ hoc cōdiuidit p̄dicamento sube ⁊ dicit accñs ens in alio:
⁊ hoc cōdiuidit cōtra subam scōo mō dictam. Et sicut non
ois suba sic determinata est in p̄dicamento sube: ita etiam
nō ꝓprie oē accñs sic determinatū est in p̄dicamēto aliquo
accidētis: ⁊ hoc ideo qa quoddā accidēs nō est nisi rōnis et
nō nature. p̄dicamēta aūt vt dicit Boetius sunt p̄ma decē
rerum p̄ncipia signātia. Posset tñ dici qꝫ creatio est in — Considera tñ
p̄dicamento relationis: sed relatiuū dicit dupli. s. qō signi/ — hic an talis re
ficat relationeꝫ vt paternitas filiatio ⁊ huiusmodi. Vel qꝫ — latio sit limita
refert ad aliud vt pater ⁊ filius ⁊ huiusmodi. Et silr se ha/ — ta vel trāscen/
bet creatio ⁊ creatura. s. qꝫ lȝ ꝑm nomē nō significet relatio/ — dens.
neꝫ refert tñ ad aliud: qa supponit relationē creati ad crea
torē ⁊ hoc alibi melius patebit. Et per hoc pȝ solo ad p̄mū.
Ad 2^m dōȝ qꝫ creatura ⁊ creatio est accñs relatiōis quē/
admodū dictū est. est enim relatio causata a principijs que
sunt ante creaturā vt deus ⁊ nihil. Ad hoc aūt qō obijcit
qꝫ creatura creata est. dicendū qꝫ pōt concedi eodē mō quo
prius denoiant seipsa: ⁊ tūc nō pōt inferri vlterius qꝫ illius
creatiōis que creata est sit alia creatio: ⁊ ideo nō ibit in infi/
nitū. Ad aliud dōm qꝫ p̄ma ꝓpositio vera est de his que
exeunt per nām: sed differentie inferiores nō sunt in supio/
rib⁹ potestate per nām: sed per abstractionē ⁊ opationē rō/
nis: ⁊ ideo nulla est illa obiectio: qa superiora nō sunt p̄nci/
pia essendi sed cognoscēdi. Et ex hoc errauit Plato in p̄n/ — Vide p B Auer
cipijs: qa eadeȝ posuit p̄ncipia essendi ⁊ cognoscēdi. Ad — roeȝ p̄mo me
aliud dōm: qꝫ illa ꝓpositio verissima est in oib⁹ idem ⁊c̄. sed — ta,cō.45.
p̄mū vno mō se hȝ ad vnū ⁊ ad multa vt mlta: ⁊ ad tempa/
le vt tempale: ⁊ ad intempabile vt intempabile: ⁊ ad com/
positum vt cōpositum: ⁊ ad simplex vt simplex. Et accipit ex
verbo Phi in libro de causis dicētis. qꝫ causa prima existit
in rebus oibus ꝑm dispositionem vnā: ⁊ ideo deus eodem
mō se habet ad omnes res. Sed qꝫ hec res modo causat et
nō semper hoc est ex sapientia ab eterno determināte sic: et
hoc appellat Apl'us plenitudinē temporis: qñ misit de⁹ filiū
suum in terris. s. ab eterna sapientia sit determiatū. Et hñ
cōcedimus qꝫ solutio de dilatoria volūtate nō est bona.

Quid sit creatio. Articulus Secundus.

AD secūdum sic ꝓcedit. Dicit glosa super Ge — Primū q̄situ
nesim super illō. In p̄ncipio creauit. i. de nihi/
lo fecit. ergo creatio est factio alicui⁹ de nihilo.
⁊ tūc querit quō factio ponatur in diffinitione
creatiōis cū facere sit agere: ⁊ agere nō sit crea
re vt ꝓbatuꝫ est supra ex diffinitione actionis.
Preterea cū dicit alicuius. Querit vtrū illō dicat subm
creationis aut terminū. ⁊ videt qꝫ subm. qa cum creatio sit
accñs ⁊ nō radicet in deo: videt qꝫ radicet in creato. Itē
alicuius habebit rōnē subiecti. ꝓpterea querit de illa ꝓpo/
sitione de. vtrū notet habitudinē alicuius cause vel ordinē
vel vtrūqȝ. Qō nō habitudinē alicuius cause videt ex hoc:
qa cuiuscūqȝ cause notet habitudinē illa supponit persona/
liter ⁊ nihil nullius rei est causa. Silr videt qꝫ nō ordinem
qa nō ens pure nō hȝ ordinē nec species nec drias. Pre/ — Scdm q̄situ.
terea ꝓpter dicta quorūdā querit quid sit creatio. Si enim
est actio tūc opȝ qꝫ sit in agente vel acto. cōstat aūt qꝫ non est
in agente per diffinitionē creationis. si aūt est in acto. Con/
tra subm tpe ⁊ causa est ante accñs: vel causa ad minus si/
cut mā ante gñationē: sed creatio vt causa p̄cedit creatum
vt videt. g̃ nō est in ipso tanq̄ȝ in eo qō sit. Preterea actio
primi suba sua est vt dicit Phs in 11° metaph. Quia actio — Tex.cō.51.
eius intellect⁹ est ⁊ vita eius: ⁊ ita creatio non pōt esse inter

creantem ⁊ creatũ:⁊ cũ omnis actio media est inter agentẽ ⁊ actũ siue id qđ fit creatio nõ põt eẽ ꝓpꝛie actio ꝫ rẽ. ¶ Solutio. dicimus ad pꝛimũ ꝙ facere sumit̃ in cõi mõ ꝑut dicit̃ in pn° scđi sniaꝝ. ꝙ facere ꝯuenit deo ⁊ hoi. Et silr̃ actio nõ sumit̃ ꝫm ita strictã acceptionem ꝫm ꝙ diffinit̃ a Phõ ⁊ a Gilberto poꝛretano. ¶ Ad aliud dđm ꝙ alicuius ꝫm rõnẽ notat terminũ: qui tñ terminus est subm eiusdeꝫ relatiõis. Et hoc bene cõtingit in relationib⁹ rõnis lꝫ nõ contingat in relationib⁹ que sunt ꝫm rẽ vt patebit ĩfra. ¶ Ad aliud dđm ꝙ denotat habitudinẽ oꝛdinis. Ad argumẽtũ qđ cõtra est dđm ꝙ duplex est oꝛdo. vnus est in oꝛdiatis ⁊ ille tm̃ est entis ad ens: alter est in rõne oꝛdinãte ⁊ ille est equalr̃ respectu entis ⁊ nõ entis: sicut pꝫ in cõpositione que est entis ⁊ nõ entis: vt in veris ⁊ falsis: ⁊ in oꝛdine vnius ꝯdictoꝛij ad alteꝝ: quoꝝ vnũ est ens ⁊ alteꝝ non ens. ¶ Ad hoc qđ querit̃ quid sit creatio. dđm ꝙ relatio est sicut supꝛa dcm̃ est: creare enim res ꝫm rẽ nõ suscipit aliquã actionẽ: qa pꝛimũ non agit aliq̃ actione diuersa a seipso vt ꝓbatũ est. Si qdẽ querit̃ quomõ tũc diffiniat̃ per facere. Dicẽduꝫ ꝙ illa rõ est de noie ⁊ nõ de re. ¶ Si vlterius objiciat̃ ꝙ rõni nois dꝫ respõdere ratio rei si reꝝ sit nomẽ. Dicẽduꝫ ꝙ intellectus duplr̃ diffinit noia. illa enĩ in que põt sufficienter ex ꝓpꝛijs pꝛincipijs reꝝ ꝓpꝛie diffinit vt hoiem ⁊ asinuꝫ ⁊ huiusmodi. Sed illa in que nõ põt nisi per cõparationẽ diffinit in cõparatione ad silĩa illis ⁊ necesse est oẽs illas diffõnes deficere quẽadmodũ silĩa deficiũt. Unde cũ intellect⁹ nõ possit in actioneꝫ pꝛimi nisi per silĩtudinẽ inuẽtã in actionib⁹ alioꝝ diffinit actionẽ pꝛimi per cõparationẽ ad actiones alias. Sꝫ tũc objicit̃ vlterius ꝙ ille intellect⁹ falsus est. ¶ Rñderi põt ꝙ non. Sicut enim dicit Phs ꝙ abstrahentiuꝫ nõ est mẽdaciuꝫ: eo ꝙ modũ abstractionis nõ ponũt in re. sic põt dici ꝙ iste modus intellectus nõ est falsus: qa modũ illoꝝ similitũ que adducit non ponit in re: sed in multis semꝑ accipit aliquid quo nitit̃ ad intellectum rei: vt pꝫ etiã in gñatione diuina. ibi enim nõ est actus medius inter gñantẽ ⁊ genituꝫ: ⁊ tñ intellectus ponit ibi generationẽ generantẽ ⁊ genitũ: et similr̃ est hic creans creatio ⁊ creatuꝫ: tñ ꝫm rem creatio nihil aliud est q̃ꝫ relatio quedam rõnis que est in creatura ex hoc quod incepit esse post nihil. Et hec de isto.

Solo pꝛimi.

In relatiõib⁹ rõnis ꝯtingit idẽ esse terminũ ⁊ subm.

Oꝛdo duplex Solo scđi.

Duplr̃ itellus diffinit noia: vide ꝑ ꝫ Auro. p° phy. cõ. 69. ⁊. 81. ⁊. 3. đ aia. cõ. 14.

2. phy. t. c. 18.

¶ Cuius sit ꝓpꝛius actus creare. Articulus Tertius.

Ad tertiuꝫ sic ꝓcedit̃. Tria sunt agentia. s. itellectus natura ⁊ deus. sed opus nature ⁊ itelligẽtie practice semꝑ supponit mãm circa quaꝫ vel in quã operetur. Creatio aũt non est circa materiã vel in materia sed de nihilo vt habituꝫ est: ergo nõ erit opus nature vel ĩtelligẽtie practice ⁊ sic relinquit̃ ꝙ sit opus dei tm̃. ¶ Itẽ duo sunt exitus in eẽ. vnus de potẽtia in actũ. alter de nihilo. sed vnus illoꝝ ꝓpoꝛtionat̃ potentie agẽtis creati. s. exit⁹ de potẽtia in actũ: ergo alter cũ maioꝛ sit. s. exitus de nihilo in eẽ actu erit ꝓpoꝛtionatus potentie agentis increati. ¶ Item deus non vniuocat̃ cum creatura in aliquo: ergo etiam operatio sua pꝛopꝛie nõ vniuocabitur cuꝫ operatiõe creature: sed operatio creature est motus vel mutatio: generatio. s. simplex et ꝫm quid. s. alteratio ⁊ augmẽtatio ⁊ ꝫm locum motus. ergo operatio diuina nõ erit vniuoca alicui hoꝝ: sed omnes iste mutationes determinant̃ per tria ꝑncipia rei mobilis. s. potentiã pꝛiuationeꝫ ⁊ actuꝫ. ergo operatio diuina nõ erit determinabilis per illa: ⁊ ita cuꝫ nulla mutatio sit existẽtis in actu ꝫm qđ est in actu: opoꝛtet ꝙ operatio diuina sit exitus de nihilo in actũ: ⁊ hoc est creatio. ergo creatio est operatio diuina. ¶ Et firmitas huius ratiõis est super hoc ꝙ omne qđ erit in esse: aut erit de actu in actum: aut de potentia in actum: vel de nihilo in esse potẽtia vel actu: ⁊ pꝛimuꝫ membrum nõ est cõueniens: ergo 2m erit ⁊ 3m. 4m enim membrũ qđ posset esse de nõ esse in non esse etiaꝫ non est cõueniens. ¶ Cõtra Plato in Timeo inducit deuꝫ loquẽtem dijs motoꝛibus oꝛbium dicens. sic imitantes meam iuxta effectum vestrũ sollertiam ita instituite atq̃ exercitate moꝛtalia: vt quib⁹ consoꝛtium diuinitatis ⁊ appellationis parilitas cõpetit diuina pꝛedita firmitate fingatis. Sẽsus est vt ꝫm ꝙ effecti sunt angeli sollertia diuina participantes esse perpetuum diuinum: ita in genere moꝛtalium fingãt animas rationales: que participant esse diuinum perpetuuꝫ parilitate appellationis ⁊ cõsoꝛtio nature: ⁊ sic videt̃ ꝙ angeli creãt animas. ergo multo magis alia coꝛpoꝛalia. ¶ Item habet̃ per qđdam verbum infra: id fenus qđ condideratis facta seccessiõe anime ⁊ coꝛpoꝛis recipiatis. Et vult dicere recipiant animas post moꝛtem quas condiderunt per creationem. ¶ Item haberi potest per rationeꝫ. Uirtutes eni angelice sunt supꝛa coꝛpoꝛalia: ⁊ ita operatiões ipsarum erant supꝛa operationes coꝛpoꝝ: ⁊ supꝛa operatiões virtutũ coꝛpoꝛalium que sunt humidum: calidum: frigidum: ⁊ siccuꝫ. ergo erit supꝛa naturaꝫ: ⁊ ita cum natura operet̃ per exituꝫ de potentia in actum erit operatio angeloꝛum de nihilo in esse. ¶ Item in libꝛo de causis. Causa pꝛima non est intelligẽtia neq̃ anima neq̃ natura: imo est super intelligentiam animaꝫ ⁊ naturam que est creans omnes res: verũtamẽ est creans intelligẽtiam absq̃ medio: ⁊ creans animam ⁊ naturam ⁊ reliquas res mediãte intelligentia. hec sunt verba in cõmẽto septime ꝓpositionis in libꝛo de causis. ¶ Solutio. dicimus ꝙ creare ꝓpꝛius actus dei est ⁊ nullius alteri⁹. Ad auctoꝛitates Platonis respõdendum est: ꝙ quedam operatio est que ꝓpoꝛtionatur coꝛpoꝛi ad suscipiendam aiam rationalem ꝫm ꝙ ipsa est actus coꝛpoꝛis humani. inter potentiam enim ⁊ actuꝫ pꝛopoꝛtio est: ⁊ respectu illius est operatio angeloꝛum per motum celi vel per motum oꝛbis: ⁊ de hac loquit̃ Plato. Unde etiam positio philosophica est ꝙ finis ꝓspẽritatis anime post moꝛtem est ꝙ cõtinuet̃ pꝛimo motoꝛi per cõtemplationem. Et hoc est qđ dicit Plato in secũda auctoꝛitate. Et non intelligit Plato ꝙ angeli animabus dent esse: ⁊ similr̃ intelligit̃ vltima auctoꝛitas. deus enim in opere nature infima mouet per superioꝛa. s. per motoꝛes ⁊ motus oꝛbium. Et similr̃ anima mouet etiam in generatione ⁊ animatoꝛuꝫ coꝛruptione. Unde creatio ponit̃ in auctoꝛitate pꝛo causalitate quacũq̃: ⁊ non pꝛo eductione in esse de nihilo. ¶ Ad rationem dicẽdum ꝙ operatio intelligentie est supꝛa materiam: sed nõ eodem modo quo operatio nature: qa operatio nature est supꝛa materiaꝫ ꝫm generationem ⁊ coꝛruptionẽ ⁊ trãsmutationem. operatio aũt angeloꝝ supꝛa pꝛincipium totius nature qđ est motus celi: qa angeli deseruiunt pꝛimo in mouendo oꝛbes.

Opatio itelligentie ẽ supꝛa mãꝫ nõ codẽ mõ quo ẽ nãꝫ vide. 8. ph. 15. ⁊. 46. cõmẽ.

¶ Utrum creatio sit cõicabilis alij a deo. Articulus 4⁹.

Ad quartum sic ꝓceditur. Sicut dicit Aug. ꝙ maius est de impio facere pium q̃ꝫ creare celum ⁊ terraꝫ. sed in iustificatiõe impij aliquid operatur creatura sicut gratia: vel etiã homo sanctus impetrãs alij iustificationem virtute oꝛationuꝫ suarum. ergo videtur ꝙ multo foꝛtius cõicabilis sit alicui creature actus creationis. ¶ Preterea plus est operari beatificando q̃ꝫ creando: qa beatum esse est maius ⁊ melius est q̃ꝫ esse: sed cõmunicat deus actũ beatificãdi: qa dicit beat⁹ Dionysius. ꝙ quidã angeli purgant ⁊ illuminãt ⁊ perficiunt alios angelos. ergo etiam cõmunicabilis est actus creatiõis. ¶ In cõtrarium est ꝙ operatio infinita non potest fieri a virtute finita: sꝫ educere aliquid de nihilo in esse est infinitum: ergo non est cõparabile eductioni de potentia in aliqđ que est finita: ⁊ hoc contingit ꝓpter incõparabilitatem potẽtie ad nihil. Sed sicut dicit Phs in 4° physicoꝝ. ꝙ omne finitum omni finito comparabile est. ⁊ ibideꝫ ꝙ entis ad non ens non est pꝛopoꝛtio vel comparatio: sicut quatuoꝛ comparãtur ad tria ⁊ duo ad vnum: sed ad nihil nihil comparatur: ergo eductio alicui⁹ de nihilo in esse nõ est operatio finita: ergo nõ erit nisi virtutis infinite ⁊ nunq̃ꝫ finite. qa sicut se habet opus finitum ad virtutem finitam: ita opus infinitum ad virtutem infinitam. ¶ Solutio. dicimus ꝙ creatio est actus incõmunicabilis ⁊ non conuenit nisi deo sicut pꝛobat vltima ratio. ¶ Ad pꝛimũ qđ contra hoc est dicimus ꝙ non est simile de iustificatione ⁊ creatione. iustificatio eniꝫ maioꝛ dicit̃ creatione quãtum ad circũstantiam iustificationeꝫ que nõ sunt essentialia iustificationi: sicut est voluntas mala que cõtrariatur deo iustificanti: que non est in creatiõe: vbi nihil cõtrariatur deo: sed creatio maioꝛ est iustificatione quantum ad essentialia. termini enim inter quos est mutatio eẽntialia pꝛincipia sunt mutationis: ⁊ illi in creatione sunt nihil ⁊ ens. sed in iustificatiõe de ente in potentia fit bene ens actu ꝫm gratiaꝫ. qđ est solutio ad sequentem questionem.

Tex. cõ. 71.

¶ Utrum

¶ Utrũ creatio sit opus nature vel volũtatis. Articulus 5ᵘˢ.

D quintum sic ꝓceditur. Dicit Damascenᵘˢ in libro pmo caplo 8ᵒ. Creatio est in dei volũtate opus existẽs non coeterna cũ deo: qꝛ non aptum natũ est qđ ex non ente ad eẽ deducitur coeternũ eẽ ei qđ sine pncipio est: ergo creatio est opus volũtatis ꝛ nõ nature. Item creatio ꝛ si postea facta est: sed nõ ex dei substãtia: ex non ente vo ad esse volũtate deducta est. ¶ In cõtrarium est ꝙ creatio est opus trinitatis: ꝛ quicqđ tribus personis conuenit cõiunctim cõuenit ẽm naturã ꝛ substãtiaꝫ. ergo creatio est opᵘˢ nature ꝛ substãtie. ¶ Solutio. creatio est opus volũtatis ꝛ est opus nature. ẽm eni ꝙ voluntas est pncipiuꝫ operãs super essentiam extrinsecã sibi sicut est in arte: sic creatio est opus voluntatis: qꝛ creatio est opus dei non ẽm suam essentiaꝫ: sed ẽm essentiam extrinsecam que educitur in esse de nihilo: ꝛ sic voluntas diuiditur contra naturaꝫ ẽm ꝙ natura est pncipium intrinsecum in eadem essentia producens sibi simile ẽm formam ꝛ speciẽꝫ: ꝛ sic generatio est opus nature ꝛ nõ creatio. ẽm autem ꝙ voluntas ẽm rem idem est qđ natura ꝛ substantia in diuinis sic creatio est opus nature ꝛ substãtie. Et sic patet solutio ad totum.

¶ Utruꝫ creatio sit actus separatus ab opere nature ꝛ propositi. Articulus 6ᵘˢ.

AD sextum ꝓcedit sic. Nihil fit in actu aliquo nisi per id qđ est in actu: sed ex semine fit actu homo. ergo si fit ẽm naturã oportet ꝙ actᵘˢ consimilis sit in semine ẽm speciem. hoc auteꝫ est falsum: ergo actu homo nõ fit ab aliquo principio qđ sit in semine. Cum igitur in semine sint omnia pncipia generationis naturalis ex principijs naturalibus nõ fit forma ꝛ actus hoĩs. ¶ Eadeꝫ est obiectio de semine fabe ꝛ omnibᵘˢ alijs seminibus ad ea que nascũtur ex ipsis. Prima aũt ꝓpositio scripta est in 3ᵒ de aĩa. ¶ Iteꝫ nihil agit ultra suam spẽm: ergo calidum nunꝗ̃ ultra calidum ꝛ frigidũ nunꝗ̃ ultra frigiduꝫ ꝛ actus mixti nunꝗ̃ ultra actum mixti: sed forme substãtiales nec sunt caliduꝫ: frigidum: humidum: ꝛ siccuꝫ: nec armonia mixti: ergo videtur ꝙ nõ actione mixti nec actione primarũ qualitatũ efficiantur: ꝛ ideo oportet ꝙ creatio sit actus cõiunctus operationi nature: ita ꝙ operatio nature disponat materiaꝫ ꝛ creatio inducat formaꝫ. ¶ Si forte dicatur ꝙ forme inducantur a virtute celesti hoc improbatur per easdem ꝓpositiones: qꝛ nihil fit in actu nisi per existẽs in actu: ꝛ etiaꝫ nihil agit ultra suã speciem: qꝛ aliter virtus actiua nõ respõderet essentie spẽi ꝛ etiam actio eẽt in infinitũ: qꝛ si nõ terminaretur ad idem in specie cũ agente nõ esset ratio ꝙ terminaretur in aliquo. Preterea agens nõ intendit destruere nisi contrariuꝫ sibi. Et appello cõtrarium dissimile ẽm formam in eadeꝫ materia existẽs cum agente. ¶ Ad hoc est responsio Platonis: qđ qꝛ forme similes nõ sunt generatis in materia ꝛ semine ex quibᵘˢ fiũt generata necesse est esse formas separatas que dent formis generatoꝝ esse. Et ratio sua ponitur in cõmẽto super 7ᵒ metaphꝫice. hec. s. ꝙ forma substãtialis in quolibet ente est ens additũ formis complexionalibᵘˢ. s. calido frigido humido ꝛ sicco: ꝛ immixtionibus hoꝝ. Iste ergo forme addite qualitatibus aut generantur ex se: ꝛ tũc erunt a nõ generante qđ est inconueniens. aut ab extrinseco aliquo sibi ꝛ illud extrinsecum: aut erit indiuiduum aliqđ eiusdeꝫ speciei: aut species: aut genus inclusa in ipsa materia: aut forma separata. Sed qꝛ nõ est idiuiduũ vel species vel genus iclusa in materia: relinquitur ꝙ tales forme sint a forma separata. ¶ Posteriores Phi respõdent aliter sicut Auicẽna ꝛ Theodosius ꝛ sequaces illoꝝ. Et fundant suã respõsionem super tres ꝓpositiones. Quaruꝫ pma est. ꝙ illud qđ est in potentia nõ exit in actum nisi ab aliquo extrahẽte qđ est sue speciei vel sui generis: ꝛ hec superius in obiectionibus inducta est. ¶ Secũda est ꝙ forme substantiales que sũt in materia vt forma lapidis ꝛ hoĩs ꝛ asini: neqꝫ sũt actiue neqꝫ passiue essentialiter. Et veritas huiᵘˢ ꝓpositionis pendet ex hoc ꝙ subalis forma non habet cõtrarium: ꝛ ꝙ nihil sit actiuum ꝛ passiuuꝫ essentialiter nisi cõtraria. ¶ Tertia ꝓpositio est ꝙ forme actiue ꝛ passiue sũt qualitates pme. Et ex istis ꝓpositionibus sequitur ꝙ agens formas substãtiales agat eas per pncipia nõ naturalia: ꝛ ideo dicuntur ꝙ tales forme sunt ab intelligẽtia agente ꝛ vocãt eam datorem formarum. ¶ Sed opinio Aristotelis est alia. s. ꝙ forme naturales sunt generãtes formas que sunt in materia. semia autem sunt que dant formas generatis per formas quas accipiũt a generantibus pmis. s. semen hoĩs ab homine a quo descinditur: ꝛ a virtute celesti accipit virtutem formatiuã ad producendũ formã cõsimilem super materiã. In his auteꝫ que non generãtur ex semine sicut illa que generãtur ex putrefactiõe vel cõmixtiõe elemẽtoꝝ sola: sicut est generatio mineraliuꝫ est virtus formatiua respectu forme substãtialis a virtute celesti tm̃. generatio autẽ elemẽtorum est a motu celi cum virtute celesti qꝛ est respectu forme substãtialis elemẽti. Et est rõ Aristotelis hec ꝙ forme ille subales oẽs aut generantur per se: aut nõ ex se. nõ põt dari primum: qꝛ hec generatio nihil eẽt: qꝛ nihil generatur ex seipso. ergo opꝫ ꝙ generentur ex alio. sed generãs est illud qđ mouet mãm donec recipiat formam: ꝛ illud qđ extrahit rem de potẽtia ad actum: illud autẽ qđ sic mouet materiã necessario est corpᵘˢ habẽs qualitatẽ actiuam aut potẽtiam que mouet corpus habẽs virtutem vel qualitatẽ actiuam: vt elemẽtuꝫ qđ habet qualitatem actiuam: ꝛ corpus habẽs potẽtiam qđ agit per aliud corpus habẽs qualitatẽ actiuam vt celuꝫ cuiᵘˢ virtus cõiungitur virtuti elemẽtari: qꝛ agit per qualitateꝫ actiuam calidũ frigidum ꝛ huiusmodi. Ista ergo operatio que pendet ex qualitatibᵘˢ actiuis: aut est respectu forme ꝛ subiecti: aut respectu subiecti tm̃ ꝛ nõ forme. Si respectu forme ꝛ subiecti tũc habeo ꝓpositum. Si autẽ est tm̃ respectu subiecti tũc subiectũ ꝛ sua forma sunt ab agentibᵘˢ separatis: ꝛ sic vnum inquãtum vnuꝫ eẽt a duobᵘˢ agentibus separatis qđ est incõueniens. ¶ Et si obijceretur ꝙ nõ est vnum inquãtuꝫ vnum: sed vnũ habet rationem forme alteruꝫ subiecti. Cõtra est: ꝙ subiectum nullũ habet esse actu qđ causatur in generatione nisi per formã: ꝛ sic subiecti ꝛ forme est vnum eẽ tm̃ qđ causatur in generatione a virtutibᵘˢ generantibᵘˢ ꝛ sic tenet incõueniens cõclusum ab Aristotele. ꝙ vnũ inquãtum vnũ causatur ab agentibus diuersis. ¶ Preterea. actio agẽtis in generatiõe nõ est super subᵐ ꝓpter subm: sed ꝓpter formã. Cuius ratio est: qꝛ eẽ subiecti nõ est nisi ꝓpter eẽ forme: ꝛ ex hoc sequitur ꝙ illud agẽs est respectu eẽ subiti ꝛ respectu eẽ forme. Et sic sunt iste rõnes que mouẽt phm ad ponẽduꝫ ꝙ forme substãtiales ꝓducũtur a virtutibᵘˢ formatiuis existẽtibus in materia. ¶ Scđm hãc vltimaꝫ opinionem respondendum est ad pmũ obiectũ ꝙ hec ꝓpositio. ens in potẽtia nõ fit in actu nisi per illđ qđ est in actu. vera est si debito mõ intelligatur. nõ enim sic intelligitur ꝙ sit in actu simili in genere ꝛ specie sed similis est in natura. Et hoc pꝫ: qꝛ hec ꝓpositio inducitur in tractatu de intellectu agẽte: ꝛ intellectus agẽs nõ est similis in specie vel genere cũ intellectu speculatiuo qui est actus intellectus possibilis. agẽs eniꝫ educit possibilẽ in actũ speculatiuũ intellectus: ꝛ si itellectus agẽs eẽt idẽ specie vel genere cũ speculatiuo oporteret ꝙ eẽt in multis speciebus ꝛ multis generibᵘˢ agens intellectus ẽm ꝙ sunt multa genere ꝛ specie per que perficitur speculatiuus itellꝰ. Unde intelligitur ꝙ est simile in actu cõuenientẽ ẽm nãm: sicut est de luce ꝙ ipsa cõiuncta qualitatibᵘˢ cõplexionalibᵘˢ rei variãtibus superficiẽ terminati corporis facit oẽs colores. Et iste est sensus phi in illo loco vt pꝫ cõsideranti circũstãtias littere. sicut enim est lux ita est intellectus agens: ꝛ sicut q̃litates prime complexionales variãtes superficiem: ita sunt phãtasmata mouẽtia inteᵐ possibilem. Et sicut est superficies mota ab vtroqꝫ: ita est intellectᵘˢ possibilis. ꝛ sicut est spẽs coloris cõstituta ita est intellectus speculatiuus. Et silr est in natura de virtute celesti que est mouẽs ꝛ agẽs ẽm ꝙ cõiungitur cum virtute cõplexionali que est in materia ꝛ ipsa materia est mota ꝛ species ꝯstituta est in qđ efficitur in materia ex virtute celesti ꝛ virtute cõplexionali. Et nõ opꝫ ꝙ similis sit illi in genere ꝛ specie: sed tm̃ in actu cõuenientẽ ẽm naturã. ¶ Ad aliud dõm ꝙ hec ꝓpositio vera est: qꝛ nihil agit vltra suã spẽm: sed hec est falsa ꝙ oĩs actio terminetur in simili specie: ꝛ hoc ideo cõtingit qꝛ materia mota non semp est mobilis ẽm spẽm virtutis agẽtis: sicut materia elemẽtaris nõ est mobilis in specieꝫ virtutis celestis: sed mouebitur in speciem illam que magis cõuenit ab agẽte saluata mobili.

Margin notes:

Tex. cõ. 17.

Uiđ opionẽ ꝛ rõnes Platonis. 7. met. cõ. 31.

Rñsio Auic. ꝓ qua viđ vbi supra.

Opio Ar. ꝓ qua viđ Auerro. 7. met. cõ. 31. ꝛ. 12. met. 15 ꝛ. 18. cõmẽtis diffuse.

Sꝫ ꝯsidera ꝙ ꝛ si ista sit rõ Ar. vt ꝺducit Cõmentator cõ. 31. 7. met. tñ illud ad qđ deducit nõ vꝫ icõueniẽs sed necessarium.

Uer ẽ ꝙ nihil agit vltra suaꝫ spẽꝫ: sꝫ falsuꝫ est ꝙ oĩs actio termiet ad sibi sile i spe: vide. 12. met. cõ. 24.

tate materie. sicut enim dictū est materia nō semper mobi-
lis est in spēm virtutis mouētis. Unde cum mouēs sit vir-
tus celestis cum q̄litatibus elemētaribus forma substātia-
lis que generatur in materia in actu respondebit virtuti
agēti quantum permittit materia: ⁊ hoc appellauimus su
pra actū cōuenietēz cū agente ꝫm nām. Sicut eni dic̄ Boe-
tius. actio nō solum terminat̄ ꝫm potestatem agētis: sed ēt
2°. de gñatiōe aialiū cap. 5. ꝫm possibilitatē patientis ⁊ materie. Et ideo dicit Aristo.
ꝙ omnes forme subales sunt in materia excepto intellectu
qui etiam ꝫm ipsum nullius corporis est actus.

Utrum actus creationis plus sit ostensiuus potētie vel sa
pientie vel bonitatis. Articulus 7ᵘˢ.

AD septimum sic ꝓcedit̄. Videt̄ ꝙ creatio idi
cet bonitatez. q̄a dicit Aug⁹. Quia bonus est
sūmus. Dionysius dicit. Bonuz est diffusiuū
esse: esse autē diffundit̄ per creationem. Item
Plato dicit. dōm ergo conditor fabricatorq̄
geniture omne hoc instituendum putauerunt
optimus erat. Videt̄ ꝙ ostēdat sapiētiā. Plura eni ordia-
ta sapiētiā ostēdūt. q̄a dicit phs in p° veteris metaphice. ꝙ
sapientis est ordinare singula. sed creata a creatiōe ꝓcedūt
plura in ordine. ergo ostēdit sapientiam. Sed videt̄ ꝙ po-
tentiam: q̄a operatio egredit̄ a potētia: ⁊ creatio est opera-
tio quedā vt videt̄. ergo ⁊c̄. Sed contra. Potētia dei est
infinita ⁊ nō agit deus ꝫm dimidiū sue potētie vel tertiam.
ergo opus ostēdens potētiā ostendet eam totam: ergo opor
tet ꝙ sit infinitū. sed nullum creatum est infinitū: ergo nul-
lum creatū est ostensiuum diuine potētie. Solutio. dici-
Nō q̄ṁ ꝫ di uersos respe ctꝰ creatio ostē dit potētiā sa piētiā ⁊ boni tatem. mus ꝙ creatio ṗncipalr̄ ostēdit potētiā: sed cuz hoc ostēdit
bonitatē ⁊ sapiētiaz. Potētiam ostēdit per cōparationem
ad terminos creationis qui sunt nihil ⁊ aliq̄d: qui vt supra
dictū est nullam habēt ꝓportionem. ⁊ ideo quo ad hoc ostē
dit̄ potētia infinita. Per cōparationē autē vnius creati ad
alteruz q̄d cū ipso creat̄: ⁊ per cōparationē vnius creati ad
sua ṗncipia essentialia intelligit̄ sapientia. Per cōparatio-
nem autē creati ad finem in quo est cōplementum creature
intelligitur bonitas. Et sic patet solutio omnium preter vl-
timum. Ad q̄d dicēdum ꝙ creatura ꝫm qualitatez sue eēn-
tie nō ostēdit omnez potētiam sed ꝫm modum sue creatio-
nis: q̄a. s. fit aliq̄d ex nihilo quemadmodū dictum est.

Utrum actus creationis sit naturalis vel miraculosus.
Articulus Octauus.

AD octauum sic ꝓceditur. Miraculum est vt
dicit Aug⁹. aliquid arduū ⁊ insolitum q̄d p̄-
ter spem ⁊ facultatez admirātis appet. Crea
tio est tale. ergo ⁊c̄. Probatio. illud est arduū
q̄d eleuatur super oēm potentiam creature:
creatio est tale vt ꝓbatum est supra. Similr̄
insolitum est q̄d non iterat̄ frequēter: sed hoc iterum cōue
nit creationi. Similr̄ est preter spem: q̄a spes in diffinitiōe
illa ꝫm Augᵐ accipit̄ pro spe nature sicut dicit̄ in octauo ad
rōnes de Habraam ꝙ cōtra spem in spem credidit. hoc ēt
dicit glosa cōtra spem nature in spem gratie. spes aūt natu-
re nō est nisi de his que expectant̄ ex causis naturalib⁹: sed
creatio nō expectat̄ ex causis nālib⁹: ḡ est p̄ter spez nāe. Et
similr̄ est preter facultatem admirantis. facultas eni admi
rantis est ꝫm potētiā cognitiuā vel operatiuā: sed cum cau
sa creationis sit diuina ex eo ꝙ nulla creatura ṗcessit nō po
test in illā cognoscēdo vel operādo: ⁊ sic creatio erit miracu
losa. Preterea triplex est cursus ꝫm triplicē causam. s. na
turalis cuius ṗncipium est natura. ⁊ volūtarius cuius ṗnci
pium est volūtas. ⁊ diuinus cui⁹ ṗncipiuz est deus. sed crea
tio nō incidit in cursum nālem nec etiam volūtarium. ergo
incidit in diuinum ⁊ ille est miraculosus sicut dicit Aug⁹. ḡ
creatio est miraculosa. Preterea opus creatiōis cōdiui
ditur operi recreationis. dicit̄ enim ꝙ tria sunt opera diui-
na. s. creationis: recreatiōis: ⁊ glorificationis. ⁊ ita duo sunt
opera miraculosa: ergo ⁊ istud. quecūq̄ eni veniunt ad eā-
dem diuisionem debent esse eiusdē rōnis in noīe diuisi. Si
forte dicat̄ ꝙ creatio non oīno elōgat̄ a facultate nostre co-
gnitionis: hoc erit cōtra Gregᵐ qui dicit ꝙ Moyses non
cognouit ṗncipium mūdi nisi spiritu ꝓphetico. Sed con
tra. opus creationis ad idez est cū opere nature. s. ad hoiez
⁊ ad aīnum aquā ⁊ terraz ⁊ huiusmodi. ergo similia sunt opa.
⁊ si vnum nō est miraculosum neq̄ reliquū: q̄a de silib⁹ idē
est iudiciū sicut dicit Boetius in topicis. Solo. Quidaz
distinguunt inter mirum mirabile ⁊ miraculosuz: ex hoc ꝙ
miraculosuz est q̄d oīno est p̄ter spem gratie ⁊ nature: sicut
multiplicatio panum ⁊ illuminatio cecoꝝ. Mirabile autez
est q̄d est ꝫm spem gr̄e ꝫ non ꝫm spem nature: sicut resurre-
ctio mortuoꝝ: partuus virgis ⁊ huiusmodi de qb⁹ est spes
gr̄e. Miruz aūt est cuius causa est alta ⁊ difficilis ad cogno
scēdum ꝫm ꝙ dicit Aristoteles in ṗn° veteris metaphysice.
ꝙ fabula cōponit̄ ex miris: ⁊ ꝙ phi ex ammirari ṗmo philo
sophari inceperūt. Sed ista distinctio nō est vera: q̄a in dif
finitione miraculi ꝫm Auguᵐ nō ponit̄ nisi pro spe nature.
Et ꝓpter hoc mirū mirabile ⁊ miraculū idē sunt apud san Mirū mirabi le ⁊ miraculū idē sūt: subto solū ꝫ modū differūt apud sanctos.
ctos dr̄a ꝫm rōnē noīs. Mirū igit̄ dicit̄ quo ad subam mi-
raculi. mirabile aūt dicit aptitudinē illā. miraculuz vō dicit
magnitudinem circa aptitudinem illā. Silr̄ ꝫm phos idez
est mirum ⁊ mirabile. illud enim q̄d phs in metaphica mi-
rum vocat hoc in ṗn° de aīa vocat mirabile. vbi dicit vnaz
sciam ṗponi alteri q̄a est certioꝝ aut q̄a melioꝝ aut mirabi
lioꝝ est. Unde dicimus ꝙ creatio miraculosa est. Ad id q̄d
est cōtra hoc rn̄demus ꝙ gñatum ⁊ creatum idē hn̄t iudi-
ciū quātū ad naturaz ⁊ similia sunt. sed generatio ⁊ creatio
non sunt idem nec habent idem iudicium.

De materia. Questio Secunda.

DEinde q̄ritur de crea-
tis. Et p° querit̄ de q̄tuor coequeuis. De
inde de his que de q̄tuor coequeuis ꝫ nu
meꝝ sex dierum ꝓcesserūt. Circa coeque-
ua p° querit̄ de singl̄is. 2° cōiter de oib⁹ si-
mul. Itē inter coequeua singula p° querit̄
de mā. dicit eniz glosa super Genesim. In
ṗn°. q̄tuor esse coequeua. s. mām: tp̄s: celū empyreum: ⁊ an-
gelicam nām. Circa mām octo inquirunt̄. p° an sit. 2° quid
sit. 3° vtrum creata sit vel nō. 4° vtrum sit simplex vel cōpo-
sita. 5° vtrum omniū creaturaruz sit materia vna. 6° vtruz
oīum corpoꝝ sit mā vna. 7° vtrum oīum ingñabiliū sit mā
vna. 8° vtrū oīuz gñabiliū ⁊ corruptibiliū sit materia vna.

An materia sit. Articulus Primus.

AD primū ꝓcedit̄ sic. Forma dat esse ergo q̄d
caret omni forma caret omni eē. ꝫ mā ṗma ꝫ
rōnē ṗme māe accepta caret omni forma. ḡ ca
ret omni eē. ⁊ q̄cq̄d caret omni esse nihil est: ḡ
mā ṗma nihil est ꝫm rōnē māe prime accepta
q̄a caret omni forma. ḡ caret omni eē. Item
dicit phs in lib° de causis: ꝙ ṗma reꝝ creataꝝ est eē ⁊ nō est
ante ip̄m creatū aliud. ḡ q̄d est aū eē nō est de numero crea-
toꝝ. sed q̄cq̄d est aū formā est aū eē: ergo q̄d est ante formaz
nō est de numero creatoꝝ. mā aūt ṗma est aū formam. ḡ nō
est de numero creatoꝝ. ⁊ q̄cq̄d nō est de numero creatoꝝ ni
hil est. ergo mā ṗma nihil est. Q̄d aūt hoc sit aū eē q̄d est
ante formā pꝫ ex hoc ꝙ eē non est nisi indiuidui vel spēi vel
generis vel principij ⁊ oē tale est a forma. ḡ oē tale est a for-
ma indiuidui vel spēi vel gñis vel ṗncipij. Itē ꝓbatio ꝙ for-
ma est illa que cōtrahit̄ per drīas ⁊ nō mā: quēadmodū ṗn-
cipium cōtrahit̄ gñalissimoꝝ ⁊ ꝙ genus cōtrahit̄ per drīas
spēruz ⁊ spēs per drīas indiuiduoꝝ sicut dicit Porphyri⁹. ꝙ Caplo ð spē
indiuiduum facit collectionē accn̄tium que in alio esse non
possunt inueniri. Itē dicit̄ ꝙ gñatio sube est ex nō substātia:
sed a quocūq̄ remouet̄ superi⁹ ⁊ inferi⁹: ergo si est ex nō sub
stātia est ex nō mā: ⁊ nihil aliud est sigñatum māe in mā nisi
id ex quo est gñatio. ergo videt̄ ꝙ mā nihil sit in nā. Pre
terea dicit̄ i. lo. Deut°. Date magnificētiā deo nr̄o: dei p-
fecta sunt opera. ꝫ mā nō est perfecta: ergo nō est de opib⁹
dei: ⁊ q̄d nō est de opib⁹ dei nihil est: ḡ mā nihil est. Con-
tra glo. sup Genesim in ṗn° dicit. ꝙ per celum ⁊ terrā intel
ligit̄ mā inferioꝝ ⁊ superioꝝ creaturaꝝ. Itē Aug⁹. in. ix.
cōfessionū. Tu dn̄e fecisti mūduz de mā informi quā fecisti
de nulla re pene nullam rē: ergo mā est. Item gñatio ⁊ cor-
ruptio nō sunt sine actione ⁊ passione. actio aūt ⁊ passio non
sunt sine cōtrarietate sicut dicit phs p° phicoꝝ. ꝙ contraria
separata non agūt sed in mā: ergo mā est. Itē cōtrarioꝝ
semper est vnū subm ⁊ illud est mā. ergo materia est. Item
ibidē

ibidē dicit ꝙ pͥncipia mutationis tria sunt. s. subiectū qd̄ est
mā: ⁊ duo cōtraria: ergo mā est: qd̄ cōcedimꝰ dicētes. ¶ Ad
Nō ꝙ mā a se ipsa hȝ eē potētie: ⁊ istō eē apponit ab alijs actꝰ entitatiuus. primū ꝙ forma dat eē: mā aūt habet esse subiecti ⁊ potētie:
⁊ hoc habet a seipsa ⁊ hoc nō est eē simplr̄ sed ſm qd. ¶ Ad
aliud dōm ꝙ cum dr̄ pͥma rerum creatarum est eē ponit eē
pro ente sicut dicit ibi Cōmētator in expōne illius ꝓpōnis.
Et ibidē dicit beatꝰ Dionysiꝰ in libͦ de diuinis noibꝰ. caͦ.
5ͦ de ente. ⁊ dr̄ ibi primū natura a quo nō cōuertit cōsequē-
tia subsistēdi ⁊ sic ens est absolute primū: qa in ipso stat re-
solutio posteriorꝝ in prius. Et ibidē hoc pͥmū ponit pͥnᵐ co-
gnitiōis. Cū aūt dicit mā pͥma ponit pͥncipiū ſm rōnem ge
neratiōis ⁊ tēporis. Et sic pȝ ꝙ primū hincinde ponit eq-
uoce. qa cum dr̄ de ente est pͥncipium cognitiōis respectu eo
rum que ordinabilia sunt in pͥdicamento. Cū aūt dicit de
mā est pͥnᵐ generationis respectu gn̄atorū. ¶ Ad aliud di-
cēdum ꝙ cum dicit generatio sube est ex non suba negatio
negat subam compositam relinquēdo potētiam ad illā que
est mā. Si dicit ꝙ remoto superiori remouet inferius. Di
cēdum est ꝙ hoc verū est quādo negat superiꝰ signatione ⁊
suppōne. sed cū dicit nō suba nō fit suppositio ꝓ superiori sȝ
pro particulari gn̄abili. Et est rō qa gn̄atio nō est supioris
sed iferioris particularis. nā eni nō intēdit gn̄are hoīem sȝ
hūc. ¶ Ad vltimū dōm ꝙ oia opa dei perfecta sunt. sȝ ꝑfe-
ctio oium opeꝝ nō est vnius rōnis imo vnūqdq̄ dicit per-
fectū qn̄ est in debito statu sui eē: ⁊ ideo mā pfecta est qn̄ hȝ
rōnem subiecti ad formas gn̄abilium ⁊ corruptibilium.

¶ Quid sit materia. Articulus 2ͦ.

AD scdm ꝓcedit sic. In pͥmo de gn̄atione ⁊ cor-
Tex.cō. 23. ruptione caplo 2ͦ. diffinit sic mā. Est autē hyle
maxime qdem ⁊ ꝓprie subm generatiōis ⁊ cor
ruptiōis ⁊ susceptibile modo aūt 2ͦ est qd̄ alijs
Tex.cō.3. trāsmutationibꝰ. ¶ Itē in 8ͦ metaph. caplo pͦ.
Dico mām illud qd̄ non est hoc in actu: sed est
Tex.cō.14. hoc in potētia. Itē in 11ͦ metaphi. caplo pͦ. mā est hoc ſȝ ꝙ
videtur: qm̄ illud qd̄ est ſm cōtactum ⁊ nō est ſm ordinem
Tex.cō.82. est mā. ¶ Itē in fine pͥmi physicoꝝ. Dico mām primū subie
ctum vnicuiqȝ ex quo fit aliqd cū insit per se ⁊ nō ſm accn̄s.
¶ Cōtra primū obijcit sic: ꝙ primū subm nō videt mā esse
generatiōis ⁊ corruptiōis sed potius videt subm alteratio
nis. ois eni generatio fit ſm actionē ⁊ passionē qualitatum
primaꝝ: ergo mā prius est susceptibilis primaꝝ qualitatuȝ
qꝫ gn̄ationis ⁊ corruptionis: sed alteratio est mutatio ſȝ q̄-
litates manēte subto eodē vt dicit phs in pͦ de gn̄atiōe caͦ
2ͦ. ergo mā prius est susceptibilis primaruȝ qualitatū qꝫ ge
nerationis ⁊ corruptiōis. ¶ Preterea nō fit generatio nisi
condensata vel rarificata mā. ergo raritatis ⁊ spissitudinis
prius susceptiua est mā qꝫ forme subalis ſm quaȝ est gene-
ratio. ¶ Si dicat ꝙ primū nō ponit ibi pro eo qd̄ est aū qd̄
est nihil sed ponit primū pro ꝓximo adhuc videt falsuȝ: qa
mā nō videt esse ꝓximuȝ subm generationis sed potiꝰ cor-
pus cum quātitas ſm phm abstrahat a motu ⁊ mutatiōe.
Vel hoc est ideo: qa qn̄titas nō habet cōtrariuȝ ⁊ oē qd̄ mu
tatur mutat de cōtrario in cōtrarium. Preterea videt fal-
suȝ qd̄ dicit in scda parte diffōnis: ꝙ modo alio sit subiectū
aliarū trāsmutationū: qa mō non videt esse subm aliarum
Tex.cō.3.⁊.5.⁊.7. trāsmutationū: sed potius cōpositum queadmodū dicit in
5ͦ physicoꝝ. etiā ꝙ tales mutatiōes sunt de subto ad subȝ.
Prio phi.82. Preterea videt sibi cōtrarius in fine pͥmi physicoꝝ. dič eni
ꝙ mā est ingenerabilis ⁊ icorruptibilis. ⁊ hic dicit ꝙ sit su-
sceptibilis gn̄ationis ⁊ corruptiōis. Itē querit quare dr̄ ma
xime ⁊ ꝓprie. videt enim ꝙ mā ſm eādem rōnē subm sit ois
trāsmutationis. Si eni passio cōis est opȝ rōnē subti eē cō-
munē: sed trāsmutari ſm cōtraria vel media est passio cōis
in omni motu ⁊ mutatione. ergo rō subti erit cōis: ⁊ ita ſm
vnā rōnē erit subm in omni mutatiōe. ¶ Cōtra scdaȝ obij
cit sic. Mā nō est in potētia respectu illius tm̄: sed respectu
ois forme. Cū ḡ hic dicat formā determinatā male dicit di
cēdo. Dico mām qd̄ nō est hoc in actu sed est hoc in poten
tia. ¶ Qd̄ aūt sit in potētia respectu ois forme ꝓbat idire-
cte sic. Si eēt tm̄ possibilis ad hāc: tūc cū illa eēt sub illa iaȝ
non esset in potētia ad aliā sed mā que cōiūcta est forme cū
impossibilitate ad aliā formā nō est sepabilis ab illa cui cō-
iuncta est: vt pȝ in mā celi: ⁊ sic illa mā a tali forma nō sepa-
ratur qd̄ falsuȝ est. ¶ Cōtra tertiā obijcit sic. dicit Boeꝰ in
libͦ de duabꝰ naturis ⁊ vna persona christi. ꝙ mā ꝓprio in-
tellectu nō est intelligibilis. ḡ videt ꝙ non sit hoc qd̄ videt:
sensus eni ſm cōtactū. i. ſm ꝙ visio est: hoc est qd̄ intelligit.
Preterea qd est hoc qd̄ dicit. Qm̄ illud qd̄ est ſm cōtactuȝ
⁊ nō ſm ordinē est mā. ois eniȝ mā determinat ſm ordineȝ
sicut dr̄ in fine pͥmi phicoꝝ. mā enim dicit ordinē potētie ad Tex.cō. 81.
actū: ⁊ hoc habet in pͥcedenti diffōne. Preterea cōtactꝰ cor
poꝝ est ⁊ mā ꝓprie non est corpus. ¶ Si forte dicat ꝙ mate
ria qdē nō ordinata est sed tm̄ cognoscit vt dič diffinitio ſȝ
ꝙ cōtingit formā: qa forma est pͥnᵐ cognoscēdi ⁊ se ⁊ mām.
hoc videt ꝯtra phm eē qui dicit pͦ phicoꝝ aū finē. ꝙ subie- Tex. cō. 69.
cta qdē nā scibilis est ſm anologiā. sicut eni ad statuam es
aut ad lectulū lignū: aut ad alioꝝ aliquid hn̄tiū formā mā ⁊
informe anteqꝫ accipiat formā se hȝ: sic ipsa se hȝ ad subam
⁊ qd̄ est: ⁊ ita videt mā cognoscibilis eē ſm ordinē ⁊ nō ſm
cōtactum. ¶ Cōtra vltimā obijcit sic cū dicit pͥmū subiectū
aut dicit primū aū qd̄ nihil est. aut ꝓximuȝ. Si aū qd̄ nihil
tūc male adiungit cū insit: qa hoc nō semꝑ inest ſm eādem
rōnē: sicut terra ſm ꝙ terra nō inest alij. Si autē dicit pͥmū
proximū hoc nō est mā solū sed cōpositū. oē eni mixtuȝ ⁊ cō-
plexionatū compositū est. ¶ Preterea q̄re dicit nō ſm acci-
dens. hoc eni qd̄ inest non ſm accn̄s non hȝ rōnē subti. ⁊ ita
per hoc ipm qd̄ dicit subm remouet accidēs. ḡ supflue ad-
dit postea non ſm accn̄s. Preterea obijcit cōtra oēs istas
diffōnes simul. ꝙ eni oino simplex est nullo mō est diffinibi-
le: qa ois diffō dicit partes diffiniti. mā āt simplex est oino:
ḡ nullo mō est diffinibilis. Si forte dicat ꝙ descriptiōes sūt.
Cōtra hoc iterꝝ est: qa descriptio vel est ex pte subaliū sicut
ex differentijs aggregatis pͥter genꝰ vel ex subali ⁊ accn̄tali:
sič si ꝓpriū coniūgit cū gn̄e vel dr̄ia vel ex accn̄tibꝰ aggrega-
tis sicut Crispus musicꝰ Cleonis filiꝰ est descriptio fortis.
Et vnaqueqȝ istaꝝ descriptionū est de cōposito tm̄ ⁊ nō de
simplici. ḡ descriptio nō pōt eē māe cū sit simplex. ¶ Prete-
rea querit qualr̄ differūt iste notificationes māe. Ad vltiᵐ
rn̄demus pͦ: ꝙ sič dič Boetiꝰ suba ⁊ entitas māe in se con Entitas māe nō ē itelligibilis ꝓpo itellu: sȝ itelligit ſm ꝑuationē: vid ꝓ hoc. 7. met. cō. 60.
siderata nō est itelligibilis ꝓprio itellectu sed itelligit ſȝ pri-
uationē. s. ꝙ hoc est mā qd̄ pͥter formas accn̄tales ⁊ subales
inuenit in ente. ⁊ ideo si dȝ intelligi opȝ ꝙ hoc sit per ordinē
ad formā: vel per ꝯiūctionē ad formā: ⁊ sic q̄dāmō diffini-
bilis est: ⁊ hȝ qꝫdā cōpōnē rōnis ſm ꝙ rō accipit eā ordiatā
vel ꝯiūctā. Si tūc accipit vt ꝯiūcta sic diffinit illa rōne in 11ͦ
meta. Si vt ordiata tūc aut ordiata ad mutationeȝ: aut ad
formā. si ad mutationē tūc sic diffinit in pͦ de gn̄atiōe capͦ
2ͦ. Si vt ordiata ad formā: aut ſm ordinē ꝯtigētē formā: ⁊
sic diffinit in fine pͥmi phicoꝝ. ⁊ hoc notat per hoc qd̄ dič ex
quo fit aliqd cū isit. aut ſm ordinē nō ꝯtigētē formā ⁊ sic dif
finit in 8ͦ meta. cap. pͦ. ¶ Dicimus ergo ad primū ꝙ pͥma
potētia materie est ad formā subalē. substātia enim cōposi-
ta est cā accn̄tis. Et ideo lȝ calidū ⁊ frigidū sint q̄litates q̄-
rum actione ⁊ passione fit gn̄atio ſm circulū vel ſm rectuȝ:
tn̄ nō sunt in mā nisi post formā subalem elemēta: ponatur
enim per impossibile ꝙ mā sit ante formā elementi: mā nec
erit calida nec frigida nec humida nec sicca. Prima enim Pria forͣ q̄ recipit in mā est forͣ elm̄ti. vid 3. celi cō. 67. ⁊ 12. meta. cō. 11.
forma substantialis quā recipit mā forma elemēti est: qd̄ ꝓ
bat per diffōnē elemēti. Elemētū eni est ex quo cōponit res
primo ⁊ est in re ⁊ nō resoluit in formā aliā. id enim in quo
stat resolo pͥncipiū est in nā. ¶ Ad aliud dicimus ꝙ raritas
⁊ dēsitas potiꝰ dicūt positionē partiū māe qꝫ qualitates nā-
les māe supadditas: ⁊ ideo de talibꝰ ſm nāȝ nō est obiectio
sed potiꝰ ſm rōnē. Dicūt tn̄ qdā ꝙ mā est susceptibilis pri-
maꝝ q̄litatū ⁊ raritatis ⁊ densitatis: ⁊ tn̄ pͦ est subm forme
subalis: qa nō recipit q̄litates pͥmas nisi per illā. ¶ Ad aliō
dōm ꝙ primū dr̄ ꝓximū. Et pͥmū dicit etiā aū qd̄ nihil est.
potētia eni māe pͦ est ad subalē formā ⁊ ad alias per accn̄s
s. pp illā ⁊ sic pͥmū dicit aū qd̄ nihil est. Silr̄ ꝓximū subm in
gn̄atione manēs idē nūero hoc est mā. nō enim est eadē cor
poreitas numero que est in genito ⁊ in eo ex quo fit trāsmu
tatio sicut est in semie ⁊ in hoīe. Qd̄ ꝓbat Auicēna in suffi-
ciētia per dimēsiōes que alteriꝰ rōnis sūt in semine ⁊ in eo
qd̄ fit per gn̄ationē ex illo. ¶ Ad hoc qd̄ obijcit ꝙ quātitas
est aū mutationē ⁊ abstrahit a motu ⁊ mutatiōe. Dicēduȝ
ꝙ ista est qn̄titas accepta ſm itelligētiaȝ ⁊ nō ſm eē qd̄ hȝ in
mā. Ad hoc qd̄ obijcit ꝙ qn̄titas nō hȝ cōtrariū ⁊ ideo non Nō q̄ qn̄titas est a motu abstrahens.
mutat. Dicēduȝ ꝙ ex hoc nō sequit nisi ꝙ nō mutet per se:

Cópoᵐ hꝫ rõ nē ſubti rōne mãe.vĩd pmo d gñone ⁊ coꝛ ruptiõe cõ.pᵒ i fine cōmēti.

ſed per accñs mutat̄ mutatione ſubti.¶ Ad aliud dõm ꝙ
cōpoſitū eſt ſubm pꝛimū in alijs mutationibꝰ.ſꝫ tñ hoc ipꝫ
cōpoſitū rōnē ſubti hꝫ a mã:mã aūt eſt ſubm remotū:⁊ hāc
diuerſitatē notat phs cū dicit.mõ aūt alio.¶ Ad alid dõm
ꝙ ſuſceptibile gñatiōis ⁊ coꝛruptiōis dupl̄r dicit̄.ſ.vt qd ge
nerat̄ ⁊ coꝛrūpit̄:⁊ ſic ſuſceptibile gñationis ⁊ coꝛruptionis
eſt cōpoſitū.dr ēt ſuſceptibile gñationis ⁊ coꝛruptiōis: ſicut
ſubm in trāſmutatiōe que eſt gñatio ⁊ coꝛruptio:⁊ ſic mã eſt
ſuſceptibilis gñationis ⁊ coꝛruptiōis:⁊ ſic nõ eſt ꝯtrarietas
iſtiꝰ diffōnis.¶ Ad aliud qd dr in pᵒ phicoꝝ in fine.ibi eniꝫ
ꝓbat̄ ꝙ nõ eſt gñabilis ⁊ coꝛruptibilis quēadmodū cōpoſi-
tuꝫ.Si eñi gñaret̄ cū oĩs gñatio ſit ex mã:eēt mã añq̄ gña-
ret̄ qd eſt incōueniēs.Sil̄r ſi coꝛrūperet̄ cū oĩs coꝛruptio ſit
ad mãm:eēt mã poſtq̄ coꝛrūperet̄:⁊ ita cōcludit̄ ꝙ eſt icoꝛ-
ruptibilis ⁊ ingñabilis:nihilominus tñ eſt ſubm gñationis
⁊ coꝛruptiōis.¶ Ad alid dõm ꝙ paſſio que eſt trāſmutatio
ſm ꝯ̄ria nõ eſt cõis niſi ſm genus:⁊ hoc mõ ꝓut ꝯ̄ria redu-
Tex.cõ.15. cunt̄ ad pꝛiuationē ⁊ habitū:quēadmodū docet phs in.10.
pme phie.Sed ſm determinatā rōnē nõ eſt cõis paſſio:qa
in foꝛmis ſubalibꝰ abſentia ⁊ pñtia foꝛme facit mutationeꝫ
Tex.cõ.81. vt dicit phs in pᵒ phicoꝝ cap.vltiᵒ.in alijs aūt mutationibꝰ
nõ eſt ſic:ſed ꝑuatio ſaluat̄ in illis in nã ꝯ̄rij.vñ ꝑuatio albi
nigrū eſt vel mediū.Et pp hoc ēt rõ ſubti determinata nõ
eſt vna ſed cõis.Et pp hoc dicit maxime qdē ⁊ ꝓpꝛie.⁊ dic̄
maxime qa mã ꝑficit̄ eſſentialr̄ a foꝛma ſubali.Pꝛopꝛie āt
dicit in cōparatiōe ad alias foꝛmas quas nõ deſiderat niſi
ꝓpter iſtā.¶ Ad illd qd cōtra diffōnē ſcdaꝫ obijcit̄ dõm ꝙ
intelligit̄ de mã in oꝛdie ad foꝛmā ꝓpīquā:ſicut eſt oꝛdo ca-
lidiſſimi ad foꝛmā ignis:⁊ ita nõ ꝓcedit obiectio:qa mate-
ria que eſt in potētia ad oēm foꝛmā eſt mã remota.Vñ dic̄
Cōmentatoꝛ 9ᵒ.met.cõ.12. Cōmētatoꝛ ſup metaphicā.ꝙ vnūqdq̄ eſt in potētia in illo
ex quo educit̄ vno motoꝛe quēadmodū idolū in potētia eſt
in cupꝛo:qa vno motoꝛe hoc eſt arte educit̄ de illo ⁊ cupꝛuꝫ
in potētia eſt in terra:qa vno motoꝛe hoc ē motu vno ſupe-
rioꝝ educit̄ de illa.Sꝫ idolū nõ eſt in potētia in terra:qa ad
hoc exigunt̄ plures motoꝛes vt educat̄.ſ.nã ⁊ ars.¶ Ad id
qd obijcit̄ ꝯ̄ tertiā diffōnē dõm ꝙ lꝫ entitas mãe in ſe ꝯſide-
rata ꝑfectū itellectū nõ hēat cū itellectꝰ eiꝰ eſt qd eſt in ente
per foꝛmā vel anologiā ſm ꝙ ex mã artificiali cognoſcit̄ mã
in nã:ſic dr in auctoꝛitate phi:ſic ad ſtatuā es ⁊ ad lectulum
lignū ſe hꝫ.Et dr in illa auctoꝛitate ꝙ ſic ſe hꝫ ifoꝛme ⁊ mã
ad ſubam ⁊ hoc aliqd ⁊ qd eſt.Et itelligit per ifoꝛme rōneꝫ
pꝛiuationis in mã.per mãm aūt nãm ſubti.per ſubaꝫ aūt i-
telligit foꝛmā per hoc aliqd determinatā ⁊ cōpoſitā ſubam.
hoc aliqd eñi eſt foꝛma cōtracta per mãꝫ per hoc qd eſt itel
ligit rōnē ſubſiſtētie quā hꝫ cōpoſita ſuba a cōpoſitiōe mãe
⁊ foꝛme.Vñ qd eſt idē qd nūc eſt apud nãm.Per foꝛmam
7.met.cõ.31. aūt itelligit̄ mã ſm ꝙ accipit eē a foꝛma:ſm phm eniꝫ in 7ᵒ
metaphice.idē eſt eē ſubti ⁊ foꝛme in cōpoſito:qa ſubiectuꝫ
non hꝫ eſſe niſi a foꝛma.Et pp hoc dicit ſm ꝙ videt̄ qa iſte
eſt ſolus modus intelligēdi ꝑfectus quo itelligit̄ mã vt dic̄
12.met.cõ.14. Cōmētatoꝛ ibidē.¶ Ad aliud dõm ꝙ hec pꝛopoſitio falſa
eſt:ꝙ omnis materia determinet̄ ſm oꝛdinem.materia au
tem ſm ꝙ eſt in ente non determinat̄ ſm oꝛdinē.ſed veruꝫ
eſt ꝙ oĩs potētia materie determinat̄ ſm oꝛdinē:⁊ ita itelli
git̄ ꝑcedens diffinitio.vñ pꝫ ꝙ nõ eſt ꝯ̄rietas.¶ Ad alid di
cēdū ꝙ cōtactus dicit̄ ꝓpꝛie ⁊ cõiter.ꝓpꝛie eſt coꝛpoꝝ quoꝝ
vltima ſunt ſimul vt dic̄ phs in 6ᵒ phicoꝝ.Sꝫ cõiter dicunt̄
cōtingere ſe determinās ⁊ determiatū vt potentia ⁊ actus.
¶ Ad illd qd obijcit̄ cōtra q̄rtā dõm vt ſupꝛa.ꝙ pmū ponit̄
vtroq̄ mõ.⁊ ſi idē eſt qd añ qd nihil eſt:tūc ſoluendū eſt ar-
gumētū qd eſt cōtra:qa mã pma ſola eſt ſubiectū.hec eñi ſo
la ſaluat̄ eadē nūero in vtroq̄ termino trāſmutationis.vñ
nõ opꝫ ꝙ ſub eiſdē foꝛmis qbꝰ fuit maneat in eo cuiꝰ eſt ma
teria.Si aūt eſt idē ꝙ pꝛimū:tūc dõm ꝙ ꝓxima ſunt illa i-
ter que nõ eſt mediū.inter mãm aūt pꝛimā ⁊ foꝛmā ſubaleꝫ
nõ eſt mediū ⁊ diſpōnes ſm eē qd hñt in cōpoſito cōſequū-
tur foꝛmā ſubalē:ſꝫ ſm eē qd hñt in trāſmutādo mãm ꝑce-
dūt foꝛmā ſubalē.ſꝫ ille que ꝑcedūt ⁊ que ſequunt̄ non ſunt
eedē numero:ſic nõ eſt eadē q̄litas in nūero intēſa ⁊ remiſ-
ſa.¶ Ad vltimū dõm ꝙ hoc qd dicit nõ ſm accñs nõ deter
minat ſubm vel ēt hoc qd ineſt:ſed eſt determinatio eiꝰ qd
pꝛecedit ex quo ſit res.ſicut albū ſit ex lōgo vnde lōgum non
eſt pꝛoximum ſubiectum ⁊ pꝛopꝛia materia albi.

Quarto querit de nunc ⁊ qn̄ eui. Et querit primo in quo differat nunc eui ab eterno. Et videt ꝙ in nullo cū euum nō habeat ptes. ¶ Si aliqs dicat ꝙ nūc eternitatis est indiuisibile ⁊ eternitas ēt q̄re adiacet idiuisibili: sz nūc eui ⁊ euū ƀm quēdā modū adiacēt diuisibili hz ꝙ dicit vel diuidit potētia creata operās in ope. hoc est ɔ̄ Aug^m in 8° sup Genesim ad lrām: qui dicit ꝙ ƀm hoc ꝙ vicissitudo est in angelis operātib⁹ mouent per tp̄s ⁊ nō per locum. ergo ƀm hoc ipsoꝝ mensura non erit euum sed tp̄s: ⁊ ita penes hoc nō pōt distingui euū a nūc eui. ¶ Silr queritur de quādo. videt ꝙ ex euo non relinquit quādo. Cum eni euuz sit totū simul nō relinqt quādo preteritū: nec etiā qn̄ futurū. ⁊ cum hoc qd nō est futurū nunq̄ erit p̄sens etiā p̄sens non relinqt ⁊ ita nullū qn̄ relinqt. ¶ Solo. dicēdū ꝙ nūc eui differt ab euo nō in substātia sed in esse: eē enim eui est in tota duratione simul manēte: sed nūc cōparat ad ip̄m durās ƀm ꝙ est indiuisibile vnū nō p̄cessum in duratione. ¶ Ad arg^m qd cōtra est dōm ꝙ aliud est potētia vicissitudiata in ope: ⁊ aliud potentia cōtēta in eē. de po^e eni operis veꝝ dic̄ Aug⁹. ꝙ variat per tp̄s sed ad 2^m comparat euū. ¶ Ad id qd q̄ritur de qn̄. dicendū ꝙ qn̄ relinquit ex euo sed nō distiguibile per p̄teritū ⁊ futuꝝ: ⁊ illa obiectio que facta est tenet de qn̄ tp̄is: nisi forte dicat distinguibile per accn̄s. s. per cōparationem ad tempus: sicut etiā dictū est distingui eternitatez: vt cum dicimus quando angelus fuit est vel erit.

¶ De tempore.

Deinde queritur de tempore. Primo an sit a natura: an in aīa tm̄. 2° qd sit. 3° de subā ipsi⁹ que est nūc. 4° vtrū ip̄m sit causatū a motu vl non sit sine motu. 5° q̄re ip̄m dicat per se quātitas cōtinua ⁊ nō motus. 6° qualr vnū sit de coequeuis. 7° q̄re ipsuz dicatur magis causa corrup. ōis q̄ g̃natiōis. 8° qualr tp̄s exuit in eē. 9° qd sit eē in tpe. 10° vtrū sit vnū tp̄s vel plura. 11° de qn̄ tēporis.

¶ An tp̄s sit a natura an in aīa tm̄. Articulus Decimus.

Deinde queritur de tpe an sit a natura ⁊c̄. Et p̄ceditur sic. Dicit Aristo. ꝙ hoc temporis factū est ⁊ nō est. illud vō futuꝝ ⁊ nōdum est: sed ex his componit tp̄s ⁊ cōpositū ex his que nō sunt nō est. ergo tp̄s nō est nisi forte in ratiōe. 4. phy. t. c. 88. ¶ Adhuc ois partibilis si sit necesse ē: aut oēs aut q̄sdā ptes esse: sz tp̄s est diuisibile: ḡ si est necesse aliquā partiū est eē: sz hec ps que est futuꝝ nō est. silr ps que est p̄terita nō est. ergo si aliq̄ est hoc erit p̄ns nūc. aut ḡ hoc est diuisibile aut idiuisibile. Si est diuisibile redit eadē questio: qa tūc nō erit diuisibile nisi in p̄teritū ⁊ futuꝝ: qa aliā diuisionez nō admittit successiuū. Si aūt est idiuisibile tūc ip̄m nō est ps cōtinui tp̄is ⁊ ita tp̄s nō est: qa nihil idiuisibile est pars ɔtinui. ¶ Itez deducendo ad ip̄ossibile. p̄bat Auicēna tp̄s nō esse actu: qa si est in actu aut manet aut destruet. Si manet ⁊ nō manet sine ptib⁹ qa nā toti⁹ nō est extra nāz partiū. ergo erit ptes accipere. s. p̄teritū ⁊ futuꝝ esse actu: ⁊ hoc est redargutio eoꝝ qui ponūt ptes tp̄is: qa ipsi dicunt ꝙ nihil est de tpe accipe nisi nūc. Si aūt destruit aut destruit in seipso: aut in tpe ɔ̄nti: aut in istāti ɔ̄nti. nō in seipō qa est in seipso. Silr nec in tpe sequēti: qa nihil d̄struit in illo in quo nō est: sed tp̄s nō est in tpe ɔ̄nti vt p̄bat per p̄cedētē rōnem. qa nihil est de tpe accipere nisi nūc ⁊ hoc nō est tp̄s: ergo nō destruet in tempore ɔ̄nti. Si vō destruit in nūc ɔ̄sequēti est duplex incōueniens. Unū ꝙ nunc nō erit p̄ns tp̄s vel nihil quoꝝ vtrūq̧ incōueniens vt p̄bat in libro phyficoꝝ. ꝙ cōsequentia sunt inter que nō est mediū eiusdem generis: ⁊ inter quelibet duo nunc sunt infinita nunc. Silr inter tp̄s qd destruit ⁊ nunc qd sequit nō est eadem natura ⁊ ita nō erūt

Tex. cō. 7.

ꝯtīa. ¶ Item aliud incōueniens est ꝙ si destruit̄ in nūc cō/
sequenti oportebit ꝙ habeat eē in toto tpe p̄cedēti illō nūc
ꝛ hoc iā ōstructū ē: qa tp̄s nō hꝫ eē i toto tpe qa successiuuꝫ
est. ¶ Itē si tp̄s ponit̄ eē ē de nūero ꝯtinuoꝝ: ḡ t̄miabit̄ ad
duos termios. s. ad istās qō ē p̄teritū: ꝛ ad istās qō ē respe/
ctu illi⁹ est futuꝝ: sꝫ istās preteritū nō ē q̄re nihil termiat. ḡ
istās p̄teritū nō t̄miat tp̄s. ꝛ si aliqs termin⁹ nō termiat ni/
hil terminat̄ ad ip̄m: ḡ cū istās p̄teritū nō terminet tp̄s non
termiat̄ ad ip̄m. Iteꝫ si forte dicat̄ ꝙ duo termini. s. istās in
p̄terito ꝛ istās in futuro ꝛ sint sil̄. ¶ Cōtra quecūqꝫ se hn̄t si/
cut prius ꝛ posteri⁹ repugnāt simultati. sꝫ instās in p̄terito ꝛ
istās in futuro se hn̄t sicut prius ꝛ posteri⁹: ḡ nō erūt simul.
Preterea si essent simul cū nō sint simul in loco oporteret ꝙ
essent simul in instāti vno qō est icōueniens. Si forte dicat̄
ꝙ pn̄s qō est est sicut ꝯtinuās ad qō copulant̄. i. ꝯtinuantur
partes tpis. Cōtra nō entis nō est cōtinuatio ad aliqd vel
in aliquo: vel aliqd ꝯtinuat̄ ad ip̄m: sed p̄teritū ꝛ futuꝝ sūt
non ens ergo nō ꝯtinuat̄ ad aliqd vel aliqd ad ip̄m: ḡ tem
pus nō est. Iteꝫ supponat̄ ꝙ tp̄s ponat motū esse: ꝛ ita dicūt
ph̄i etiā tp̄s ꝓpriū motuꝫ ponit ꝛ nō loquamur de tpe in cōi
qō oium est: sed de tpe ꝓprio. Iteꝫ supponat̄ ꝙ ad positionē
vni⁹ mot⁹ nō sequit̄ positio alteri⁹: qa nō sequit̄ si. a. mouet̄
ꝙ pp hoc moueat̄. Inde sic mot⁹. a. ꝛ motus. b. sunt simul: ꝛ
hoc supponat̄ qa possibile est: ergo tpe eoꝝ sunt simul aut ḡ
simul nā dignitate loco causa ordie subiecto aut tpe: ꝛ con/
stat ꝙ nullo hoꝝ nisi tpe aut subiecto. Patet aūt ꝙ nō sub/
iecto: qa mobilia nō sunt vnū ꝛ ita mot⁹ eoꝝ nō est vnus in
subiecto ꝛ ita nec tpa: qa tp̄s ꝓpriū non sequit̄ nisi motū ꝓ/
priū: ergo ad positioneꝫ duoꝝ tempoꝝ sequit̄ tertiū tp̄s cuꝫ
non possit esse simul nisi tpe: sꝫ ad positionē tpis sequit̄ mo
tus ergo erit terti⁹ motus qō negatū est supra. Iteꝫ isti tres
motus aut erūt simul aut nō. ꝛ ꝯstat ꝙ simul ꝛ nō nisi in tpe:
ergo erit quartū tēpus ḡ ꝛ quartus motus ꝛ sic in ifinitum:
ergo ad positionē duoꝝ motuū simul ponit̄ positio ifinitoꝝ
tempoꝝ ꝛ per ꝯn̄s motuū infinitoꝝ mobiliū. ¶ His rōnib⁹
Opio Augustini de tpe in xi. ꝯfessionuꝫ. cōsentit Aug⁹ dicēs. ꝙ tēpus nō nisi in aia est ꝛ tempus est
fm eū distensio animi per imagiationē iter designationem
duoꝝ momentoꝝ. momēta aūt duo nihil aliō vocat q̄ȝ du/
as renouatiōes sitas in mobili qō mouet̄ sic duas eleuatio
nes in sole: qa sol fm cursuꝫ cōes distiguit horas ꝛ momen
ta. Vn̄ collectio hoꝝ momentoꝝ per imagiatiōeꝫ tēpus est.
Hoc aūt accipit̄ ex v̄bis Augustini in xi° ꝯfessionū vbi di/
cit. mihi videt̄ nihil aliud esse tempus q̄ȝ distēsioneꝫ. sꝫ cui⁹
rei nescio: ꝛ mirꝝ si nō ipsi⁹ animi qd est metior: obsecro de⁹
meus ꝛ dico aut idiffinite lōgius est hoc tempus q̄ȝ illō: aut
etiā diffinite dupliū est hoc ad illud tēpus metior scio sꝫ non
metior futuꝝ qa nō idē est: sed nō metior pn̄s: qa nullo spa
tio tēdit̄: sꝫ nō metior preteritū qa iā nō est. qs igit̄ negat fu
tura nōdū esse: sꝫ tn̄ iā est in aio expectatio futuroꝝ: ꝛ qs ne
gat iā preterita nō esse: cū tn̄ adhuc est in aio memoria pre/
teritoꝝ: ꝛ qs negat pn̄s tempus carere spatio qa in puncto
preterit: sꝫ tn̄ ꝑdurat attensio per quē peragat ad eē qō ab/
est. Nō igit̄ lōgū tēpus futuꝝ qa nōduꝫ est: sꝫ lōgū futuꝝ lō/
ga expectatio futuri est. nec longū preteritū tempus qō non
est: sꝫ lōgū preteritū lōga memoria preteriti est. Iteꝫ Aug⁹
in eodeꝫ. Si qd itelligit̄ tpis qō in nullas iaꝫ vel minutissi/
mas momentoꝝ ptes diuidi possit illud solū est qō pn̄s di:
qō tn̄ ita raptiꝫ a futuro in preteritū trāsuolat vt nulla mo/
rula extendat̄. Nā si extendit̄ diuidit̄ in preteritū ꝛ futurū.
pn̄s aūt nullū hꝫ spatiū: qō aūt nunc liquet ꝛ claret nec futu
ra sunt nec preterita: nec ꝓprie dr̄ tpa sunt tria pn̄s preteri/
tuꝫ ꝛ futuꝝ: sꝫ fortasse ꝓprie diceret̄ tpa sunt tria pn̄s de pre
teritis: pn̄s de pn̄tib⁹: pn̄s de futuris. Sunt eniꝫ hec in aia
tria quedam: ꝛ alibi ea non video presens de preteritis me
moria: pn̄s de pn̄tibus de intuitus: pn̄s de futuris expecta/
tio. Si hoc permittunt̄ dicere tria tempora video fateorqꝫ
tria sunt. Dicit̄ etiā tempora tria sunt pn̄s preteritū ꝛ futu
rum sicut abutit̄ consuetudo. Dicat̄ ecce non curo nec resi/
sto nec reprehendo dū tn̄ itelligit̄ qō dicit̄: sed neqꝫ id qō fu
turuꝫ est esse iam neqꝫ id qō preteritū est. pauca eni que ꝓ/
prie loquimur plura non ꝓprie loquimur. Huic opioni cō/
sentiunt quidam antiq̄ssimi ph̄i qui dicūt tp̄s eē ex formis
cōparationis que cōparatio tn̄ est in aia. ꝛ appellāt formas
comparationis ꝓtensionē animi iter momentū ꝛ momētū.

¶ Cōtra mobile qō mouet̄ est partiꝫ in termio a quo ꝛ ptiꝫ
in termino ad queꝫ. In termio aūt ad quē in po° ꝛ exibit in
actū. aut ḡ ille exitus mēsurabit̄ aliquo aut nullo. Cōstat ꝙ
aliquo: qa ois po° exiens in actū mēsurat̄ aliq̄. Si aūt men
surat̄ aliquo mēsura ei⁹ est. sed mensura potētie exeūtis in
actū ponit̄ ab oib⁹ esse pn̄s tp̄s qui ponūt tp̄s eē. cū ergo ꝓ/
batū sit mēsurā illā eē: ꝓbatū est tp̄s esse: ꝛ ita ꝯdictoria est
falsa. s. tēpus nō est. ¶ Si forte dicat̄ ꝙ mēsura illa in aia est
cui⁹ signū est ꝙ dolentes ꝛ ēt ifirmātes ꝓlōgāt tēpus pp attē
tionē multā mot⁹ ifirmitatis ꝛ doloris. voluptuosi aūt ꝛ dn̄i
breuiāt tēpus pp paruā attētionē mot⁹ delectatiōis. dormi
entes aūt oino nō ꝑcipiūt sed ꝯtinuāt nūc p̄cedēs somnum
ad nūc ad qō terminat̄ somnus nō ꝑcipiētes tp̄s mediū: sic
legit̄ de his qui dormiunt apud heroas in sarina. ꝛ sic legit̄
de sanctis septē dormientib⁹. Si inq̄ȝ dicat̄ sic. ¶ Cōtra po
nam⁹ ꝙ nō sit aia nec itelligētia: aut mēsurabit̄ po° exiēs in
actum: aut nō. Si nō mēsurabit̄ hoc est icōueniens. q̄ȝtitas
eni ei⁹ determiata est: ꝛ opꝫ eā mensurari. Preterea adhuc
erit mot⁹ velocior motu que nō pn̄t esse nisi in cōparatione
ad mēsuras. Si ergo mēsurat̄ mot⁹ nō exn̄te aia eē tpis nō
depēdebit ab aia. Preterea in lib° de gn̄atiōe ꝛ corruptiōe
in fine p̄mi ꝓbat Aristo. ꝙ mixtio nō est compositio ex mini Tex. cō. 86
mis saluatis: qa idē huic mixtū esse videbit̄ solū: qui nō vi
det quideꝫ acute. linceo aūt. i. acute videnti nō mixtū esse vi/
debit̄. Sꝫ a sil̄i si tp̄s non eēt nisi in aia fm vnū eēt tp̄s. s. at/
tendētē motū. fm aliū non eēt. s. nō attēdētē motū: ḡ eē tpis
nō dedendet ab aia sꝫ tpis ꝑceptio. ¶ Solo. ꝯcedim⁹ vlti/
mas rōnes. Et ad soloneꝫ rōnum p̄missaꝝ supponim⁹ tria
que iferi⁹ ꝓbabunt̄. ¶ Primū est ꝙ nunc ꝛ tp̄s nō differūt
in suba: sꝫ in esse tn̄ eo ꝙ nūc est suba tēporis vt dicit ph̄us.
¶ Scōm est ꝙ q̄ȝtitas nō hn̄s positionē in suis ptib⁹ hꝫ eē
debile. q̄ȝtitas āt hn̄s positioneꝫ in ptib⁹ hꝫ esse forte. Dico
aūt debile fm subāꝫ manere vel poni ꝛ nō poni fm eē. ꝛ di/
co forte positionē fm subāꝫ ꝛ esse ꝛ terminuꝫ. linea āt hꝫ sbāꝫ
suā ꝛ suaꝝ ptiuꝫ: ꝛ ptiū fm suū esse hꝫ positioneꝫ. Sil̄r ꝛ fm
suuꝫ terminū qui est pūct⁹: qa sic dicit ph̄s in posteriorib⁹. p° posterio[rum] perscitatib[us]
punct⁹ hꝫ positionē in ꝯtinuo. ¶ Tertiū est ꝙ p̄teritū ꝛ futu
ruꝫ sunt in defectuꝫ fm esse ꝛ fm sbām manēt. vn̄ p̄teritū in
rōne p̄teriti nō est. ꝛ futuꝝ in rōne futuri nondū est sꝫ tn̄ sba
vtriusqꝫ est. ¶ His suppositis rn̄dem⁹ ad obiectuꝫ p̄mū ꝙ
partes tpis nō tēdūt oino in nō eē: ꝛ idcirco illa obiectio nō
ꝯcludit nisi ꝙ de eē tpis nihil est accipe manēs ꝛ hoc est ve/
ruꝫ. ¶ Eodē mō rn̄denduꝫ est ad 2ᵐ ꝙ pn̄s qō accipit̄ si po
nat̄ in actu manēs idiuisibile est ꝛ nō erit tp̄s fm eē sed fm
sbām: ꝛ fluxus ei⁹ faciat eē tpis esse dico tale q̄le pōt hr̄e suc/
cessiuuꝫ: illa eni vt dicit Auicēna: humiliora sūt in eē q̄ȝ per/
manētia. ¶ Ad aliō dōm ꝙ ista diuisio nihil valet. Si tem/
pus desinet eē aut desinet eē in se aut in tpe ꝯn̄ti aut in nūc.
tp̄s eni nō est in se nec tp̄s hꝫ esse in tpe nec in istanti: ꝛ ideo
obiectio illa non ꝓcedit. ¶ Ad hoc āt qō obijcit̄ ꝙ aut ma/
net aut destruit̄ 2ᵐ esse dicim⁹ ꝙ destruit̄: sꝫ nec in se nec in
ꝯn̄ti tpe nec in istāti: sꝫ ex nā successionis. ¶ Et si querit̄ cā
hui⁹ dōm ꝙ cā hui⁹ est ꝯtinuatio in mobili renouatiōis qō
est in motu qō accipit̄ hic ꝛ ibi: ꝛ cuꝫ hic est nō est ibi. ¶ Ad
aliō dicim⁹ ꝙ nā tpis ꝯsiderat̄ absolute ꝛ respectiue ad mo
tuꝫ. Si ꝯsiderat̄ absolute tunc non est signare duo istātia ad
que termiet̄ tp̄s. si aūt ꝯsiderat̄ in cōparatione ad motū tūc
est signare duo istātia fm termios mot⁹. ¶ Si auteꝫ q̄ritur
vtruꝫ ad illa ꝯtinuet̄ tp̄s fm esse. Dicendū ꝙ sic: qa ꝯtinua
tio ei⁹ est fm moduꝫ esse ipsi⁹ ꝛ esse ipsi⁹ est in defectu ꝛ sic ēt
erit ꝯtinuatio. ¶ Ad hoc autem qō obijcit ꝙ nihil ꝯtinuat̄
ad non ens. Dicēduꝫ ꝙ hoc veꝝ est de non ente simpl̄r ter/
mini tpis fm sbām sunt: sꝫ nō fm esse: ꝛ tales termini suffi/
ciūt ꝯtinuo successiuo. ¶ Ad vltiᵐ dōm ꝙ tp̄s fm sbāꝫ ꝛ esse
non depēdet nisi ab vno motu. s. ab eo motu qui est ifinitus
fm nām. si eni ab aio depēderet illo finito iā non esset tp̄s et
oporteret assidue creari multa tpa. Vn̄ tp̄s ꝓprij mot⁹ ē ps
tpis cōis fm ꝙ etiā dic̄ ph̄s. ꝙ hoc esse in tpe est q̄dā pte tē/
poris mensurari. Si ergo ponant̄ duo mot⁹ eē simul ex isto
non sequit̄ positio tertij mot⁹ vel tertij tpis. tpa alia eniꝫ pn̄t
simul esse in tpe vno: sꝫ tpa non pn̄t sil̄ esse in tpe vno. ¶ Si
aūt querit̄ qd nocet ip̄m sil̄. Dicim⁹ ꝙ simultateꝫ que expo
nenda est negatiue sic sil̄. i. non ꝯn̄ter. ¶ Si v̄o q̄rit̄ vn̄ ve/
niat rō isti⁹ expōnis. Dicēdū ꝙ oia expositiua nō pn̄t expo/
ni nisi

ni nisi negatiue.ea aūt que sunt sil' referūtur ad id in quo simul sūt: sicut ad p̄n^m simultatis: ⁊ ꝑpter hoc si simultas reflectat̄ super p̄n^m simultatis non pōt exponi affirmatiue eo ꝙ p̄mo non sit p̄us: s₃ exponet̄ negatiue per exclusionem oppositi vt predictu₃ est: hoc tamen sine preiudicio dicim⁹: q̄a Aug⁹ ⁊ alij magistri videntur oppositum dicere.

4.phy.t.c.101. ¶ Quid sit tempus. Articulus Undecimus.

AD scōm ꝓcedit̄ sic. Dicit ph̄s in physicis. Tēpus est numerus mot⁹ s₃ p̄ri⁹ ⁊ posteri⁹. ¶ Cōtra hāc diffōne₃ sic obijcit̄. De quocunq₃ p̄dicat̄ subiectu₃ de eodē p̄dicant̄ passiōes illius subiecti. ḡ cū de tp̄e p̄dicet̄ numerus ꝯueniēt ei passiones ei⁹. ḡ est par vel ipar ⁊ abūdās vl' perfectū vel diminutū ⁊ sic de alijs. s₃ hec non ꝯueniūt tp̄i: ergo nec s̄bm: ⁊ sic nō est numerus. ¶ Preterea spēs diuidentes aliq̄d gen⁹ non diffiniunt seinuice₃: s₃ numerus ⁊ tp̄s sūt spēs diuidentes q̄ntitatem vt p₃ ex p̄dictis: ḡ numerus non d₃ poni in diffōne tp̄is. ¶ Item nihil est in gn̄e q̄d non sit in aliq̄ specie₄. ḡ si tp̄s est numerus erit aliq̄ species numeri: ⁊ ita erit binari⁹ vel ternari⁹ ⁊ sic de alijs. q̄d falsu₃ est: ḡ non est numerus. ¶ Ite₃ nālia differūt a mathematicis: q̄a mathematica s̄m itell'm sunt an̄ motu₃ ⁊ abstracta a motu. naturalia v̄o oīa sunt in motu ⁊ per mutationē. Cū igit̄ numerus sit simplicissimum circa q̄d est speculatio mathematice ipsum nullo mō d₃ poni in diffōne rei nālis. ¶ Preterea vbicūq₃ est numerus ibi est aggregatio aliquo₄. in tp̄e non est aggregatio aliquo₄. ḡ tp̄s non est numerus. ¶ Probatio medie. q̄cunq₃ aggregant̄ aggregant̄ s̄m esse: aut s̄m s̄bam: aut s̄m vtrūq₃: in tp̄e nullo est isto₄ modo₄ aggregatio. ergo ⁊c̄. ¶ Probatio mioris est per iductionem. in tp̄e eni nihil manet s̄m esse: ḡ non aggregatio: s̄m s̄bam etiā non aggregari q̄a in tp̄e nō est nisi vnū nunc: ꝑ s̄ba aūt in vno non est aggregatio: ⁊ ita p₃ ꝙ nec s̄m vtrūq₃ ⁊ ita tp̄s nō est numerus. ¶ Ite₃ obijcit̄ de hoc q̄d dr̄ mēsura mot⁹: non entis eni nō est mensura sed mot⁹ nō est: q̄d ꝓbabo: ḡ non est aliq̄ mensura mot⁹. ¶ Probatio mioris. q̄cq̄d nō est s̄m s̄ba₃ ⁊ eē illud simpl'r nō est: mot⁹ s̄m s̄bam ⁊ eē nō est: ḡ mot⁹ non est. Q̄d aūt mot⁹ non sit s̄m s̄bam ⁊ esse p₃ ex hoc ꝙ nullū successiuū s̄m esse suū est in actu. Si aūt esset s̄m s̄ba₃ ⁊ nō s̄m eē: tunc nō differret a tp̄e: q̄d est cōtra Arist. qui rep̄hēdit eos qui dicebāt motū esse tp̄s. Q̄d aūt sic nō differat a tp̄e p₃ ex nā tp̄is: q̄a tp̄s est successiuū manens s̄m s̄bam nō manens s̄m esse: ⁊ illō ide₃ est mot⁹. ¶ Preterea tp̄s mensurat̄ motu. distiguim⁹ eni esse p̄mā sextā nonā ad trāsitu₃ solis vel celi: ⁊ ita videt̄ mot⁹ esse mensura tp̄is sicut eꝯ. ¶ Preterea illa diffinitio videt̄ esse circularis. Siq̄s eni diffiniat p̄us ⁊ posterius per tp̄s diffiniet ⁊ tp̄s etiā diffinit̄ per illa: ⁊ ita ide₃ est prius ⁊ posteri⁹ respectu eiusde₃: q̄d est icōueniens. ¶ Preterea querit̄ q̄re non ponit̄ mēsura q̄etis sic̄ mot⁹. ¶ Item dicit Diony. x° de diuinis noib⁹. ꝙ tp̄s est q̄d in gn̄atiōe ⁊ corruptione metit̄. Videt̄ ꝙ hoc sit falsu₃: q̄d ꝓbat̄ q̄a gn̄atio ⁊ corruptio nō sunt in tp̄e. gn̄atio eni ⁊ corruptio simplices sunt s̄m formas s̄bales. forme aūt s̄bales nō h̄nt mediū: ergo nihil est mediū iter p̄uatione₃ vni⁹ ⁊ acceptione₃ alterius. ⁊ sic̄ est in mutatione sic est in mēsura mutatiōis: ḡ in mensura gnōnis nō est mediū: ergo nec prius nec posterius que semꝑ dn̄r respectu alicui⁹ medij: ⁊ ita tp̄s non est q̄d in gnōne ⁊ corruptione metit̄. ¶ Solo. Dicimus ꝙ tp̄s multipliciter accipit̄. vno mō s̄m theologos. alio modo s̄m physicos. s̄m theologos dr̄ mensura cuiuscunq₃ mutationis siue diuisibilis siue idiuisibilis: siue corporalis siue spūalis: ⁊ s̄m hoc tp̄s adiacet creationi rei create: ⁊ etiā vicissitudini que est in affectione vel itelligentia angelica: ⁊ hoc tp̄s nō habet prius ⁊ posteri⁹. nec est icōueniens in hoc tp̄e ꝙ nūc sit ꝯn̄s ad nunc: quemadmodū idiuisibilis mutatio ꝯn̄s est ad idiuisibilem mutationē. s̄m eni hoc tp̄s nihil aliō est q̄ aggregatio momento₄: ⁊ nō est numerus q̄a tales mutatiōes nō numerant̄ cum prius ⁊ posteri⁹ nō habeāt: ⁊ de hoc tp̄e dat̄ diffinitio Dionysij. Et vocat gnōne₃ ⁊ corruptionem quācūq₃ mutationem siue diuisibilem siue idiuisibile₃. ¶ Scd̄o₃ aliu₃ modū dr̄ tp̄s mensura mot⁹ vel mutationis ꝯtinue: et sic ꝯsiderat̄ a ph̄is tp̄s ⁊ d̄ hoc tp̄e dat̄ diffinitio Aristotelis supra dicta: ⁊ manifesti⁹ itelligit̄ ex cōparatiōe tp̄is ad motum localem: cui⁹ p̄mo ⁊ per se passio est tp̄s. ¶ Accipiat̄ ḡ ratio ph̄i. motus eni talis est s̄m magnitudine₃ que h₃ partem an̄ ⁊ parte₃ post. ⁊ ille partes dn̄r respectu alicui⁹ medie partis. mobile aūt q̄d mouet̄ super ipsa₃ est idiuisibile ⁊ est in potentia ad renouationē vbi ⁊ loci ⁊ situs: ⁊ cū ipsa sit diuisibilis ⁊ oīs diuisibilitas sit mensura aliq̄ illi⁹ potentie in exitu ad actū est mensura aliq̄. ip̄₃ aūt q̄d fert̄ vel mouet̄ in motu suo est vnū ⁊ idem ens: nō tn̄ s̄m cōparationē ad partes magnitudis in termino a quo ⁊ in termio ad quem ꝯtinue. cū ergo mot⁹ sit mediū iter magnitudie₃ ⁊ mēsurā ipsi⁹ mot⁹ mensura potentie exeūtis in actū ꝯtinue in motu habebit tria causata ab ipsa po^a ꝯtinue in actū ꝓcedente. s. p̄us ⁊ posterius causata a priori ⁊ posteriori in motu: ⁊ medium ꝯtinuās illa q̄d rn̄det ei q̄d fert̄ ⁊ mouet̄ ꝯtinue in termio a quo ⁊ in que₃. ¶ Et sic p₃ ꝙ motus est ꝯtinuus. s. ꝯtinuitate spatij suꝑ q̄d est ⁊ in motu est prius ⁊ posteri⁹ ⁊ mediū: s₃ illud mediū nō est manens sicut ēt in magnitudie vel in vbi: ⁊ situ non est mediū idem semper iter quācūq₃ parte₃ acceptā an̄ ⁊ acceptā post in tota magnitudie s̄m s̄ba₃: nec hab₃ ide₃ esse s̄m ꝙ est hic ⁊ ibi. i. an̄ ⁊ post. ita idē est nūc s₃ s̄ba₃ q̄d adiacet ei q̄d fert̄: ⁊ tn̄ nō h₃ idē esse s̄m ꝙ fluit de priori in posteri⁹ que₃ fluxū h₃ ex ꝯtinuo ꝓcessu mobilis ex p̄te p̄ori in parte₃ vlteriorem magnitudis: cu₃ tn̄ maneat idem in s̄ba mot⁹ ꝯtinue. His habitis rn̄dendū est ad obiecta ⁊ distinguēdū est. ¶ Ad p̄^m dōm est s̄m ph̄m ꝙ duplex est numerus. s. numerus numerat⁹ ⁊ numerus numerans. numerus numerās est numerus quo multa p̄nt numerari vt denari⁹ vel octonari⁹ quo numerant̄ decē canes decē hoies decē vituli ⁊c̄. numerus aūt numeratus est res numerate vt vituli hoies canes ⁊c̄. ¶ Numerus aūt numerat⁹ ite₄ dupl'r dr̄. s. s̄m potentiā ⁊ s̄m actum. s̄m potentiā ꝓprie dr̄ numerabile numerus numerat⁹. s̄m actu₃ autem res numerate in actu. ¶ Item numerat⁹ numerus duob⁹ modis noiatur. ¶ Uno mō vt causa que facit nume₄ esse: ⁊ sic tp̄s numerat̄ a motu: q̄a prius ⁊ posteri⁹ in tp̄e causant̄ a priori ⁊ posteriori in motu. Aliter numerat̄ numerat⁹ numerus a suis partib⁹, ⁊ a sua s̄ba si h₃ eam: ⁊ s̄m hoc tp̄s numerat̄ dupl'r a priori ⁊ posteriori in tp̄e vt a partib⁹ ⁊ a nūc iterato s̄m esse eodem tn̄ manente s̄m s̄bam numerat̄ vt a s̄ba. ¶ Alio mō cōsideratur numerus qui est tempus. s. vt est mēsura reddēs quātitatem motus: ⁊ sic tp̄s est numerus numerās motum. certificat̄ enim primo quantitas tēporis ex numero sua₄ partiū ⁊ sue substātie: ⁊ hec certificata certificat quātitate₃ motus: ⁊ hoc est q̄d dicit Aristoteles ꝙ tp̄s est numeratus numerus. numerus aūt numerat⁹ est duo. numerus dico minimus numeri numerati. numerus eni₃ minimus numeri numerātis est binarius. Un̄ tēpus numerat motū vel mensurat hoc modo quo duo multotiēs accepta explicāt partes alicuius diuisi per partē numeri. Unde tp̄s nō multiplicat nume₄ vltra duo. s. prius ⁊ posterius. sed illa multotiēs accipiūtur s̄m partes ipsius motus in tota quantitate mot⁹: l₃ enim tp̄s sit numerus numeratus: tn̄ vlterius motu₃ numerare pōt: q̄a numerata in ipso h̄nt rōne₃ mēsure ⁊ nō numerato₄ tm̄. dicimus eni₃ duob⁹ modijs numerat̄ aceruus tritici ⁊ duabus lagenis doliū vini. Ex hoc p₃ etiā ꝙ mot⁹ nō pōt esse numerus tp̄is: q̄a nō est causa intranea sed est cā efficiens. ¶ Preterea in motu nō est idem nūc iteratum manens in s̄ba nō manens in esse eodē: q̄a id q̄d est accipere de motu nō est ꝑmanēs idē: sed nunc q̄d est accipere de tēpore est permanens idē in substātia: ⁊ est loco vnitatis iterate in numero. Dicēdum ergo est ꝙ passiōes par ⁊ impar sequunt̄ nume₄ numerantē per se ⁊ nume₄ numeratu₃ per accidēs. ⁊ sic dicimus ꝙ tempus est numerus par. q̄a dicit Aristoteles ꝙ tēpus est minimus numerus. numerus autē minimus est par. Et si obijciat̄ q̄d Aristoteles dicit ꝙ par ⁊ impar nō sunt passiōes tēporis: neq₃ velox ⁊ tardū. Dicimus ꝙ hoc verum est: q̄a ipsa passio sequit̄ s̄bm vniu'r ⁊ de necessitate ⁊ per se: ⁊ s̄m ꝙ ipsum sicut ꝓbat̄ in posteriorib⁹. vniu'r: q̄a vbicūq₃ ⁊ semper. de necessitate: q̄a substantial'r per se. in secūdo modo dicēdi per se: q̄a s̄bm cadit in diffinitione passionis: s̄m ꝙ ip̄m: q̄a non gratia superioris vel inferioris vel accidentis: sed gratia suiipsius: ⁊ s̄m hoc dicimus nos ꝙ par accidit numero temporis inquantū est duo. ¶ Ad aliud dicēdū ꝙ numerus numerans est species quātitatis. ex p̄dictis autē habitū est ꝙ tempus est nume-

4.phy.t.c.102

Tp̄s al'r apud theologos al'r apud ph̄os capitur.

ratus numerus.¶ Ad aliud dicẽdũ ꝙ tẽpus nõ est in gene/
re numeri nisi per accidens vt dictũ est.⁊ ita per accidẽs est
etiã in specie:q̃a est duo.¶ Ad aliud dicẽdũ ꝙ mathemati
Tex.cõ.18. ca ſm esse nõ differũt a naturalibꝰ: vt habet̃ in 2° physico.⁊
ita ſm esse possunt poni in diffinitiõe.¶ Ad aliud dicimus
ꝙ in tẽpore est aggregatio que dicit̃ iteratio.iterat̃ autẽ ſm
esse manẽs idem in sub̃a.Et ad hoc qͦd obijcit̃ ꝙ nõ entis
nõ est iteratio.Dicẽdum ꝙ hoc verũ est de pure non ente.sꝫ
istud est successiuũ nõ hñs positionẽ cui sufficit iteratio ali/
cuius manentis in sub̃a:⁊ iterũ atq; iterum accepti ſm esse.
¶ Ad aliud dicimus ꝙ motꝰ est sed est de numero nõ perma
nẽtiuꝫ in esse cõtinuorũ tñ:⁊ nõ est accipere aliqͦd nũc in quo
sit esse motus ⁊ esse suũ est fieri:⁊ factũ esse suũ est nõ eẽ mo
tum:⁊ ideo nõ ꝓcedit obiectio q̃a nõ est gñalr̃ verũ ꝙ nihil
sit qͦd nõ permanet ſm sub̃am ⁊ eẽ vel ſm sub̃am ⁊ non ſm
eẽ.⁊ est istãtia in motu cuiꝰ eẽ est in fieri in quo nihil perma
net ſm sub̃am ⁊ eẽ.¶ Ad aliud dicimꝰ ꝙ tp̃s mẽsurat motum
simplr̃ q̃a est ipsiꝰ numerus:sꝫ quo ad nos motꝰ mẽsurat tẽ/
pus.¶ Ad aliud dicẽdũ ꝙ diffõ illa nõ est circularis.Si eiꝫ
prius ⁊ posteriꝰ exponat̃ de priori ⁊ posteriori in motu: tunc
prius ⁊ posteriꝰ nõ dicũt cãꝫ ſm quã tp̃s est nũerus:⁊ ſꝫ hũc
moduꝫ notiꝰ ponit̃ in diffõne minꝰ noti sicut cã ⁊ effectꝰ.Si
aũt prius ⁊ posteriꝰ dicant̃ p̃tes tp̃is:tũc p̃nt accipi duobus
modis.Si eñi accipiant̃ vt p̃tes ꝯtinui tñ tũc diffiniunt̃ p
suũ totũ:q̃a nõ hñt eẽ nisi in suo toto ⁊ diffinitio explicat eẽ.
Si aũt accipiunt̃ vt p̃nͣ totius tũc hñt diffinire suũ totum
Tex.cõ.55. vt dicit Arist.in p̃n° physicorũ.ꝙ tũc arbitramur cognosce/
re cõpositũ cũ cognoscimus ex q̃bus ⁊ quãtis.est tñ alio mõ
prius ⁊ posterius in tp̃e dicunt rõnẽ illius differẽtie ſm quã
tẽpus participat nãm:⁊ sic iterũ ponit̃ in diffõne tẽporis ſm
ꝙ est numerus.⁊ hoc videt̃ notare modus loquẽdi ſm p̃us
⁊ posterius.Cuꝫ eñi dicitur tempus est numerus ſm prius
⁊ posterius contrahitur per vltimam differentiã numerus
Tp̃s p se ẽ mẽsura motꝰ: sꝫ q̃et̃ p accñs. ad duo qui est minimus numerus: vt habituꝫ est añ.¶ Ad
aliud dicendum ꝙ tempus est mensura motus per se ⁊ mẽ/
sura quietis per accidens.s.in comparatione ad motuꝫ:q̃a
non dicuntur quiescere nisi mobilia proprie ſm ph̃iam lo/
quendo.⁊ ideo potius diffinitur per motũ q̃ȝ per quietem.

¶ De sub̃a ipsius tẽporis:que est nunc. Articulus 12ꝰ.

Tertio querit̃ de sub̃a ipsius tp̃is que est nunc.
Et querit̃ p̃mo vtrũ ip̃m sit sub̃a tp̃is.⁊ ꝯñter
vtrũ vnũ sit vel plura.¶ Qͦd nõ sit sub̃a ꝓbat̃.
Nũc se hꝫ ad tp̃s sicut p̃ũctũ ad lineã:sed pun/
ctũ nõ est sub̃a linee:ergo nec nũc est sub̃a tem
poris.¶ Preterea oẽ quãtuꝫ est diuisibile ſm
suã sub̃aꝫ:nũc aũt est idiuisibile ſm suã sub̃am:ergo nũc nõ
est sub̃a quãti ergo nec tp̃s.¶ Itẽ nullus terminus est sub̃a
terminati oẽ nũc est terminꝰ tp̃is.g̃ nõ est sub̃a tp̃is.¶ Pre
terea q̃d vocat̃ ibi sub̃a:aut forma:aut mã:aut cõpositũ:q̃r
Tex.cõ.2. sub̃a diuidit̃ in hec tria in p̃n° scd̃i libri de aĩa.Si dĩ ꝙ mã:
sed mã est ex quo fit res.g̃ ex nũc fiet tp̃s qͦd est incõueniẽs.
6° phy.ad p̃n/cipium. q̃a dicit ph̃s ꝙ si ĩfinita indiuisibilia accipias nihil maiꝰ ef/
ficies:sed tp̃s est quãtum.ergo nõ efficit̃ ex nunc.Si forma
dĩ sub̃a:sed forma est que dat esse rei:g̃ ab idiuisibili eẽt eẽ
diuisibilis.⁊ vlterius a nõ diuisibili hr̃et esse diuisibile.Ex
quo seq̃it̃ ꝙ vnũ ꝯdictoriorũ esset eẽ alterius:qͦd est ĩpossi/
bile.Si aũt sub̃a dĩ cõpositũ hoc est icõueniẽs:q̃a sic nũc eẽt
tota natura tp̃is sicut totũ cõpositũ ex corpore ⁊ aĩa est tota
nã hoĩs.¶ Iuxta hoc querit̃ vtrum sit vnũ nunc vel plura.
Et videt̃ ꝙ plura:q̃a nullius diuisibilis quãti est vnus ter
minus.tẽpus aũt est diuisibile quãtum:ergo ipsius non est
vnus terminus:sed nũc est terminus.ergo nũc nõ est vnuꝫ.
¶ Qͦd aũt nũc sit terminus ꝓbatur ex hoc ꝙ est idiuisibile
ens in nã tẽporis.sicut idiuisibile ens in natura linee est ter
minus linee ⁊ idiuisibile ens in natura quãti:cuiusq; est ter
minus illius.Preterea in linea est p̃ũctus terminans:⁊ est
punctus cõtinuans:⁊ querit̃ vtruꝫ silr̃ sit in tẽpore.ꝙ sit ibi
nunc terminãs in p̃n° ⁊ fine patet per hoc ꝙ motꝰ aliq̃s ter/
minat̃ ad nũc ⁊ incipit in nũc:sed ꝙ sit ibi nũc cõtinuãs vi/
det̃ q̃a aliter partes tẽporis nõ essent cõtinue:⁊ ita in tẽpo/
re sunt tria nũc.vnuꝫ cõtinuãs ⁊ duo terminãtia.¶ Item in
quolibet cõtinuo idiuisibilia ĩfinita sunt cõtinuãtia:qͦd non
est eẽ simplr̃ infinita:q̃a cõtinuans in quãto est in potẽtia:
sed tp̃s est cõtinuuꝫ ergo indiuisibilia cõtinua in ipso sunt
infinita:⁊ ita nõ est tñ vnum nunc sed multa.¶ Preterea
aliter nõ esset dictũ qͦd dĩ in 6° physicorũ ⁊ in multis alijs lo Tex.cõ.10.
cis.ꝙ inter quelibet duo nunc est tẽpus mediuꝫ:sicut inter
quelibet p̃ũcta est linea nisi eẽnt plura nũc.¶ Si hoc dicat̃
supponat̃ ꝙ nũc est indiuisibile ens in successiuo quãto qͦd
non permanet in partibꝰ.Et querat̃ vtrum nũc qͦd est aut
manet aut corrũpit̃.si manet tunc nõ põt manere nisi gr̃a tẽ
poris in quo manet:⁊ tũc iam esset incõueniẽs Aristotelis 4.phy.t.c.
ꝙ simul eẽnt ea que sunt in millesimũ annũ ⁊ que sunt nũc.
Preterea motus nõ manet ⁊ tp̃s est passio motus.ergo tẽ/
pus nõ manet:ergo nec illͦd cuius sub̃a nõ est nisi in tẽpore:
⁊ hoc est nunc.¶ Si aũt corrumpit̃ aut corrũpit̃ in se aut in
ꝯñti qͦd est post ip̃ꝫ.Si in se sed nihil corrumpit̃ in se nisi qͦd
est in se:ergo simul est in se ⁊ corrũpit̃ in se:⁊ ita simul est in
se ⁊ nõ est in se:qͦd est incõueniẽs.Qͦd aũt sequit̃ ꝙ simul sit
⁊ nõ sit patet per diffõnẽ de simul qͦd diffinit̃ vel in cõpara/
tione ad vnũ locum vel ad vnũ nũc vel instãs vel tp̃s.ergo
nõ corrumpit̃ in se ex quo est hoc icõueniẽs.¶ Si aũt corrũ
pitur in eo qͦd est post aut in ꝓrimo qͦd est post aut in nõ ꝓxi
mo.Si in ꝓrimo ergo est in ꝓximo.alr̃ eñi nõ corrumpere/
tur in eo.ergo in successiuo duo nũc sunt simul:sꝫ hoc est im
possibile:q̃a in successiuo nũq̃ȝ est bis idẽ:vt dicit Auicẽna.
Si aũt corrumpit̃ in nõ ꝓximo qͦd est post nũc oportet ꝙ cũ
omnibus intermedijs sit:⁊ sic iterum sequit̃ incõueniẽs p̃/
dictum.¶ Solutio.dicimus cum ph̃o ꝙ nũc est sub̃a tp̃is:
q̃a tp̃s nihil aliud est q̃ȝ nunc fluens fluxu suo suscipiens eẽ
cõtinui.⁊ qualiter hoc sit põt videri per motũ:motus enim
qui dicit̃ loci mutatio nihil aliud est q̃ȝ vbi fluẽs:cuius sub
stãtia est vnuꝫ:vbi ſm esse diuersificatũ:ita tñ ꝙ illud vnuꝫ
vbi nõ sit vnũ numero:q̃a in hoc differt a tp̃e.Sed hoc di/
co vbi qͦd est accipere de loci mutatiõe qͦd est in mobili:siue
in eo qͦd fert̃ ⁊ illi rñdet nũc qͦd est sub̃a tp̃is.¶ Ad illud er/
go qͦd obijcit̃ primo dicimus ꝙ punctuꝫ ad lineã ⁊ nunc ad
tp̃s in q̃busdã silr̃ se hñt:in quibusdã dissimilr̃.in terminan In q̃bꝰ p̃s assimilet̃ ... ⁊ i q̃bꝰ ...
do enim ⁊ cõtinuãdo quodãmõ silr̃ se hñt:sed in eẽntiãdo
vt ita dicã siue substãtificãdo nõ hñt se silr̃:q̃a p̃ũctuꝫ nõ fa/
cit lineã:nec fluẽs neq; nõ fluens sed nũc fluxu suo facit tem
pus.⁊ ideo punctũ nõ est sub̃a linee nisi forte ſm ꝙ differen
tia indirecte p̃dicata de specie de sub̃a ſꝫ ꝙ dicit ph̃s in po
sterioribus.ꝙ p̃ũctũ sub̃a posita est.q̃a cuꝫ diffinit̃ linea di/
cit̃ lõgitudo sine latitudine terminata ad duo p̃ũcta.Dico
aũt ꝙ nũc ⁊ p̃ũctuꝫ in terminãdo ⁊ ꝯtinuãdo quodãmõ silr̃
se hñt:q̃a in linea est accipere duo p̃ũcta terminantia actu.
Sed Auicẽna ꝓbat ꝙ nũc terminãs in tp̃e nõ est actu eo ꝙ
nõ est interruptio tp̃is ſm suã nãm:sed ſm itellectuꝫ tñ vel
ſm cõparationẽ ad motũ aliquẽ terminatum.Silr̃ punctũ
cõtinuans est p̃nᵐ ⁊ finis:⁊ idcirco qui vtit̃ puncto cõtinu/
ante bis vtit̃ eodẽ.⁊ ideo quiescere accidit ei hoc est si mo/
tus sit per lineã ita ꝙ mobile vtat̃ puncto cõtinuante vtet̃
eo in rõne finis ad p̃cedentẽ magnitudinẽ:⁊ ita vtet̃ ipso in
motũ esse:q̃a moueri siue motus nõ est in fine alicuius ma/
gnitudinis:vt ꝓbat̃ in 6° physicorũ.Si aũt vtit̃ ipso in rõ/ Tex.cõ. ... infra.
ne principij tunc vtet̃ ipso vt post qͦd est motꝰ in sequẽti ma
gnitudine.Sed quicũq; vtit̃ puncto vtit̃ ipso in nũc:sꝫ bis
vtit̃ puncto ergo vtit̃ eo in duobꝰ nũc:⁊ inter quelibet duo
nũc est tp̃s medium:ergo iter nunc in quo vtit̃ p̃ũcto eodẽ
vt principio erit tp̃s mediũ ⁊ in illo est quies.Et hoc est qͦd
dicit ph̃s in 4° physicorũ.ꝙ quãdo mobile vno puncto vtit̃ Tex.cõ. ...
in duobꝰ quiescere accidit.Est ergo dissimilitudo ꝙ p̃ũctꝰ qui
est in linea cõtinuãs bene accipit̃ vt finis ⁊ p̃nᵐ:ita ꝙ nihil
est mediũ:sed nũc nunq̃ȝ põt accipi vt finis ⁊ p̃nᵐ nisi cadat
tp̃s mediũ cui q̃escere accidit.¶ Ad aliud dicimus ꝙ duplr̃
dĩ sub̃a.s.qͦd q̃d erat esse:⁊ sic nũc nõ est sub̃a tp̃is ⁊ indiuisi
bile nõ est sub̃a diuisibilis:⁊ est sub̃a que est id qͦd est res:et
sic bñ põt esse aliqͦd idiuisibile sub̃a diuisibilis:sed tñ est di
uisibilis ab alio:⁊ sic nũc est sub̃a tp̃is:eius eẽ tñ est ab alio:
qͦd est fluxus ipsiꝰ nũc de p̃terito in futurũ.¶ Ad aliud dici/
mus ꝙ terminus in rõne termini nõ est sub̃a terminati.Sꝫ
nunc duobꝰ modis accipit̃ vt dicit Auicẽna.⁊ illa acceptio
perpẽdit̃ ad silitudinẽ puncti.ponamus eñi per impossibile
ꝙ sit punctꝰ fluẽs per lineã.p̃ũctus ille fluxu suo cõtinuo fa/
ciet lineã successiuã que permanẽtiã nõ hẽat in partibꝰ nisi
sub̃am puncti.sed eẽ habet alterũ ſm ꝙ punctus est hic ⁊ ibi
in longitudine ante ⁊ post ⁊ cũ illo puncto silitudinẽ hꝫ nũc

qͦd est

qð est subã tpis: ⁊ hoc mõ nõ accipit vt terminus. Sic itex in mathematica lõgitudie est terminus punct⁹: ⁊ cũ illo similitudinẽ hʒ nũc s̄m ꝙ est terminus tpis: sʒ nõ est terminus actu vt p̄dictũ est: sed in cõparatiõe ad intellectum vel ad aliquẽ motũ terminatũ. Et si quis vellet distiguere s̄m Auicẽnaʒ diceret ꝙ nunc qð est subã tpis dicit̃ iproprie instans. nũc aũt qð est terminus tpis retinet nomẽ ipsi⁹ nũc. ⁊ hoc est qð dr̃ ꝙ instãs dr̃ q̄si nõ stans. ❡ Ad aliud dicẽdum ꝙ subã dicit̃ ibi id qð est res ⁊ illa diuisio que est in mãm et formã ⁊ cõpositũ tenet in his que s̄m nãm ad p̄dicamẽtum sube ordinant̃. ❡ Ad id qð iuxta hoc querit̃ distiguẽdũ est ꝙ tp̄s põt cõsiderari s̄m suã nãm vel s̄m comparationẽ ad nos ⁊ ad mot⁹ terminatos in ipso. Si vltimo mõ ꝯsiderat̃: tunc in ipso significabilia sunt plura nũc hoc est ꝙ hʒ eẽ plura sunt nũc. Si aũt p̄mo mõ cõsiderat̃ tũc tota subã tpis est vnũ nũc manẽs semp s̄m subam vnũ ⁊ idẽ: sed s̄m eẽ habʒ pluralitatẽ. Et si querat̃ qualr̃ s̄m eẽ sint plura ⁊ vtrum maneãt vel corrũpant̃. Dicimus ꝙ corrũpunt s̄m eẽ ipsa nunc. ❡ Ad hoc qð q̄rit̃ vtruʒ in se vel in alio. Dicimus ꝙ in se. ❡ Ad hoc aũt qð ꝯcludit ꝙ ita idẽ corrũpit̃ ⁊ est siue manet in se simul. Dicimus ꝙ hoc nihil est inconueniens: qa non s̄m idem corrumpitur ⁊ manet sed manet s̄m substantiam ⁊ corrumpit̃ s̄m esse. ❡ Ad hoc autẽ qð obijcitur ꝙ s̄m hoc simul sunt que hodie ⁊ que in millesimum annum expectãtur. Dicimus ꝙ non sequitur qa temporalia nõ sunt in nũc sed in esse temporis ⁊ illud esse non est idem.

❡ Utrum tp̄s sit cãtuʒ a motu vel nõ sit sine motu. Arti. 13⁹.

Quarto queritur Utrum tp̄s sit causatuʒ a motu vel non sit sine motu. Et videt̃ ꝙ sic: qa dic̃ phs. Sicut motus sequit̃ magnitudinẽ ita tẽpus sequit̃ motuʒ. sed pereunte magnitudine oĩo perimit̃ motus localis. ḡ pereunte motu oĩo perimit̃ tp̄s. ⁊ ita tẽpus nõ est sine motu.

4. ph. t. c. 109.

❡ Preterea dicit Auicẽna ꝙ motus numerat tp̄s: qa facit esse numex qui est tp̄s. Si ergo mot⁹ facit eẽ numex qui est tp̄s mot⁹ facit eẽ tp̄s: ergo destructo motu non est tempus. ❡ Preterea tp̄s est passio mot⁹: sed destructo subto ꝺstruetur passio: ḡ destructo motu destruet̃ tp̄s. ❡ Preterea in 6° physicox habet̃ frequẽter ꝙ si mot⁹ est necesse est tp̄s eẽ. ⁊ si tp̄s est necesse est motũ eẽ. ergo videt̃ ꝙ ista posita se ponãt ⁊ perempta se perimãt: ⁊ ita vnũ nõ est sine altero. ❡ Contra. dicit phs in 4° physicox. ꝙ tp̄s est aliqd plus oĩ eo qð ẽ in ipso: sed mot⁹ est in tp̄e. ergo tẽpus est aliqd plus oĩ motu ⁊ manet motu nõ exñte. ergo tp̄s manet motu non exñte.

Tex. cõ. 4.

Tex. cõ. 120. ⁊ 117.

❡ Itẽ si aliq̄ duo sunt simul sic ꝙ vnũ hʒ prius ⁊ posteri⁹ nõ manẽtia s̄m eẽ: manẽtia aũt s̄m subam ⁊ aliud hʒ pri⁹ ⁊ posterius nõ manẽtia neqꝫ s̄m eẽ neqꝫ s̄m subaʒ: necesse est ꝙ destructo illo qð nõ manet neqꝫ s̄m eẽ neqꝫ s̄m subam maneat illð qð manet s̄m subaʒ ⁊ nõ s̄m eẽ. Probatio. Suba manẽs nõ depẽdet a suba nõ manẽte: qa aliter ꝯdictoriuin depẽderet a ꝯdictorio. sed qñcũqꝫ aliqd nõ depẽdet ab alio põt manere illo nõ exñte: sed manẽs s̄m subam nõ depẽdet a nõ manẽte: ergo ⁊ illo non exñte põt manere. mõ resumat̃ primũ. mot⁹ ⁊ tp̄s sic se hñt ꝙ tp̄s manet s̄m subam ⁊ nõ s̄m eẽ. mot⁹ aũt nõ manet neqꝫ s̄m subaʒ neqꝫ s̄m eẽ: ergo tẽpus põt eẽ sine motu. Qð aũt tp̄s sic se hẽat hoc supponit̃ a pho ⁊ ex determiatis. Qð v̊o mot⁹ sic se hẽat vt p̄dictũ est pbat̃ sic. dẽt ꝙ mot⁹ maneat s̄m subaʒ tũc nõ manebit nisi in mobili: ergo queãdmodũ suba tpis adhuc est: ita suba mot⁹ p̄teriti adhuc eẽt. sed mobile p̄teritũ qð mouebat̃ in p̄terito possibile est nõ eẽ. Si enĩ aliqd qð motũ est in p̄terito ⁊ mõ est corruptũ mobile: ergo illð nõ est: sʒ si suba mot⁹ eius est in mobili est: ⁊ si in mobili est mobile ẽ: ergo mobile qð nõ est est: hoc aũt est ĩpossibile: ḡ substãtia mot⁹ nõ est manẽs. ❡ Itẽ nũc in tp̄e vt dicit phs rñdet sube ipsi⁹ mobilis ⁊ tp̄s motui. sed suba ipsi⁹ mobilis manet post motũ. ergo substãtia ipsi⁹ nũc manet post motũ: sed nũc nõ hʒ eẽ nisi in tp̄e: ḡ tp̄s est post motũ. ❡ Solõ. sicut prius habitũ est tp̄s dr̃ dupliciter. Qðdã tẽpus est mẽsura cuiuscũqꝫ mutationis siue simpliciũ siue cõpositox ⁊ illi⁹ nũc nihil ꝓhibet consequi ad nũc. ⁊ hoc hñ põt eẽ sine motu. sʒ tẽpus cõsideratũ a phis qð est mẽsura p̄mi mobilis nõ põt eẽ sine motu. ⁊ de hoc loquẽdo ꝯcedimus primas rõnes. ❡ Et rñdemus ad obiecta in ꝯriũ qð cũ dicit phus ꝙ tẽpus est aliqd maius omni eo qð est in tẽpore. Loquit̃ de esse in tẽpore s̄m ꝙ idem est in tempore qð est in numero. quicqd aũt est in numero sic se hʒ ad numex illum: ꝙ etiã alia possunt mẽsurari ⁊ numerari per numex illũ: ⁊ sic ea que sunt in tẽpore sic se hñt ad tp̄s qð tẽpus ẽt potest eẽ mẽsura aliox: ⁊ sic vex est ꝙ tp̄s eit ad plus omni eo qð est in tẽpore. ❡ Ad aliud dicẽdum ꝙ tẽpus manet s̄m subam ⁊ nõ s̄m esse. ⁊ motus neqꝫ s̄m subam neqꝫ s̄m esse. ⁊ tñ dependet tẽpus a motu. sed hñ sequit̃ ex illa ratiõe ꝙ suba tẽporis nõ depẽdet a suba motus: sʒ depẽdet a substãtia mobilis s̄m ꝙ est in motu: ⁊ ideo illo nõ exñte in motu nõ est substãtia tẽporis. Qualiter aũt hoc sit patebit in solutione sequentis obiectiõis. ❡ Ad quã respõdendum est ꝙ substãtia mobilis manet post motũ ⁊ sic nõ causat ipsum nũc tẽporis. qa nũc tẽporis s̄m ꝙ a phis cõsiderat̃ est nũc cõiunctum priori ⁊ posteriori: ⁊ ideo nõ causat̃ substãtia mobilis quoqꝫ mõ cõsiderata: sed considerata in motu s̄m ꝙ huius: ⁊ hoc est qð dicit phs in 4° physicox. Tẽpus dicim⁹ sequi motum ⁊ simil̃r punctuʒ id qð fert̃ quo motum cognoscimus ⁊ prius in ipso ⁊ posterius. hoc autẽ idem in re: rõne autẽ aliud sicut sophiste accipiunt alterum coriscũ in theatro esse ⁊ coriscuʒ in foro: ⁊ hoc iam in eo qð alibi ⁊ alibi est altex: id aũt qð fert̃ sequit̃ ipsuʒ nũc sicut tẽpus motum.

Tex. cõ. 105.

❡ Quare tempus dicatur per se quantitas continua et non motus. Articulus 14⁹.

Quinto queritur quare tẽpus dicat̃ quantitas cõtinua per se ⁊ nõ motus. Et videtur ꝙ non sit cõtinua quãtitas: qa ex indiuisibili nõ fit diuisibile: sed nũc est idiuisibile s̄m substãtiam: ergo ex ipso nõ fit tempus continuum s̄m substãtiam. ❡ Item pũctus suppositus motui ꝓpter indiuisibilitatem sui nõ potest mẽsurare motuʒ. ⁊ hoc est ideo qa pũctus nõ põt fieri diuisibilis: ⁊ ita nõ potest fieri cõtinuum ⁊ mẽsura: ergo cũ nunc sic supponit̃ motui similiter ꝓpter idiuisibilitateʒ sui nõ potest numerare ⁊ mẽsurare motũ neqꝫ fieri mẽsura ꝯtinua: ⁊ ita nõ põt fieri quãtitas cõtinua s̄m subam. ❡ Itẽ nihil mẽsurat maius se nisi prius mensuret minus se vel eq̄le sibi: sed tp̄s est numerus ipsius nũc: ergo numero ipsi⁹ nũc mẽsurabit motum: ergo nõ nunc mẽsurabit maius se nisi prius mẽsuret minus se vel eq̄le sibi: sed minus se nõ est qa ipsuʒ est idiuisibile: nõ ergo mẽsurat minus se ergo eq̄le sibi: sed hoc est ipossibile: qa idiuisibile nõ mẽsuratur. ergo ẽt ip̄m nũc nõ est mẽsura. ergo neqꝫ numerus ipsius nũc erit mẽsura: qa numerus idiuisibiliuʒ nihil mẽsurat. ⁊ si nõ est mẽsura nõ est quãtitas: qa oĩs q̄titas aliqd mẽsurat. ❡ Iuxta hoc querit̃ q̄re tp̄s dicat̃ quantitas per se ⁊ nõ motus. Videt̃ enim oppositũ: qa phs dicit ꝙ motus est cõtinuus ꝓpter spatiũ: ⁊ tẽpus ꝓpter motũ in 4° physicox. ergo videt̃ ꝙ cũ tẽpus cõtinuitatem habeat a motu ꝙ motus magis sit cõtinuũ per se ⁊ tẽpus per accñs. ❡ Itẽ hoc videt̃ per aliaʒ auctoritatẽ que est in 5° metaph. quedã dicunt̃ quãtitates sicut motus ⁊ tẽpus. ista enĩ dicũtur quãtitates ⁊ cõtinue: qa illa quox ista sunt passiones diuidũtur. ⁊ dico non motum. i. mobile siue id qð fert̃ sed in quo mouet̃. i. spatium: qm̃ idẽ qð est quãtitas mot⁹ est etiã quãtitas ⁊ tẽpus ꝓpter motũ: ergo tẽpus hʒ quãtitatem ꝓpter motum ⁊ ita per accñs. ❡ Solutio. dicim⁹ ꝙ tẽpus est quãtitas cõtinua sicut ꝓbat phs in predicamẽtis dicens: ꝙ p̄ñs copulat̃ ad preteritũ ⁊ futux. ❡ Ad p̄ᵐ ergo dicimus ꝙ duplex est idiuisibile. s. idiuisibile qð est tm̃ terminus diuisibilis: ⁊ nullo mõ substãtia ipsius diuisibilis nec hñs aliquã potẽtiam ad hoc ꝙ ipsum efficiat̃ diuisibile s̄m suum esse ⁊ ex illo idiuisibili nunq̄ꝫ efficit̃ diuisibile: ⁊ sic pũctũ est diuisibile in linea. ❡ Itẽ est aliud idiuisibile qð est substantia rei diuisibilis nõ tm̃ terminus hñs etiã potẽtiã ad diuisibilitatem s̄m suũ esse: ⁊ sic nũc est indiuisibile: ⁊ ex illo põt hñ fieri diuisibile si accipiat̃ s̄m suũ eẽ ⁊ nõ s̄m hoc qð est idiuisibile. ❡ Ad aliud dr̃m ꝙ nõ est simile de pũcto ⁊ nũc vt iam patuit ex p̄dictis. ❡ Ad aliud dr̃m ꝙ nũc s̄m ꝙ est idiuisibile nõ mẽsurat: sed s̄m ꝙ accipit̃ s̄m suũ eẽ in priori ⁊ posteriori. Illa aũt obiectio ꝓcessit tanq̄ꝫ nũc s̄m subam mẽsuraret. ❡ Ad id qð iuxta hoc querit̃ dicẽduʒ ꝙ tẽpus duobus modis considerat̃. s. in se: ⁊ sic est per se sp̄s q̄titatis: qa partes eius copulãtur ad cõem terminũ. Si aũt ꝯsiderat̃ in cõparatione ad cãm tũc hʒ continuitatẽ per motuʒ sicut dicit

Tex. cõ. 99.

Tex. cõ. 18.

Nõ quõ ex aliquo idiuisibili diuisibile põt fieri.

Nõ q̃ñ tp̃s diũsimode cõ sideratũ ẽ ꝑ se ⁊ ꝑ accñs q̃zitum.

Auicẽna. ⁊ sic est cõtinuũ per aliõ ⁊ sic loquuntur auctorita/
tes in 4° phẏsicoꝝ ⁊ 5° metaphẏsice. ¶ Ad hoc autẽ qđ que/
rit̃ quare motus non dicat quantitatez per se patet solutio
ex dictis: q̄a motꝰ in partibus suis non manet neq̧ ẜm sub/
stantiam neq̧ ẜm esse: ⁊ ita non possunt copulari per se: sed
si copulantur hoc est gratia spatij supra qđ est motus.

¶ Qualr̃ tp̃s sit vnũ de q̃tuor coequeuis. Articulus 15ꝰ.

Exto queritur qualiter tẽpus sit vnũ de qua/
tuor coequeuis. Et videt̃ ꝙ nõ sit: q̄a tempus
est mẽsura motus p̃mi mobilis vt dictuz est. ⁊
motus illius factus est quarto die. añ autem
quartũ diez facta fuit prima mã: ergo tp̃s non
est coequeuũ materie sed post. Si forte dicat̃
ꝙ tp̃s non accipit̃ ibi pro mẽsura adiacẽte motui primi mo
bilis sed ꝓ mẽsura adiacẽte cuicũq̧ mutationi. Cõtra. q̄c/
quid est añ oẽm diem nãlem ⁊ artificialẽ hoc est añ oẽ tem/
pus. celũ ⁊ terra. i. celũ empẏreũ ⁊ p̃ma mã causata sunt an/
te oẽm diem nãlem: ergo cũcta sunt añ omne tp̃s. Proba/
tio maioris. Tp̃s non est nisi in die ⁊ nocte. ergo qđ est ante
diẽ ⁊ noctẽ est ante oẽ tp̃s. Si aũt diceret̃ ꝙ tp̃s eẽt añ oẽm
diem tũc eẽt totũ extra suas partes: qđ eẽt icõuenies. Si for
te dicat̃ ꝙ tp̃s nõ est extra nãlez diem: sed tñ est extra diez ⁊
noctẽ hoc erit cõtra diffõnẽ diei nãlis: q̄a dies nãlis est qui
ꝯstituit̃ ex die ⁊ nocte. minor accipit̃ in lr̃a Augustini in 12°
cõfessionũ. ¶ Preterea videt̃ ꝙ sit añ reliqua tria. sic nulliuꝫ
rei fieri coequeuũ est eidẽ rei facte: ergo nec mẽsura ipsius
fieri coequeua est: sed tp̃s est mensura ipsiꝰ fieri vt habet̃ ꝑ
diffõnez ipsius fieri supra positã Dionẏsij. ergo tp̃s non est
coequeuũ alijs rebꝰ factis. s. mãe: ⁊ angelis: ⁊ celo. Hoc idẽ
videt̃ per Augᵐ ⁊ ponit̃ trigesima distõne p̃mi sniaꝝ. Quis/
quis extiterit qui eternũ solũ deũ dicat tẽpora võ nõ eẽ eter
na ꝓpter variabilitatẽ ⁊ mutabilitatẽ: sed tñ tẽpora non ce/
pisse eẽ in tp̃e: q̄a nõ erat tp̃s anteq̃z tẽpora inciperẽt esse: ⁊
ideo non in tp̃e accidit deo vt deus eẽt: q̄a ipsoꝝ tẽpoꝝ dñs
erat que vtiq̧ nõ in tp̃e eẽ ceperũt. Quid rñdebit de homi/
ne qui in tp̃e factus est. Ex hoc accipit̃ ꝙ hoc nomẽ dñs tẽ/
poraliter cõuenit deo ⁊ nõ ab eterno: ⁊ qđ est dñs tp̃is non
est ex tp̃e: sed aliaꝝ reꝝ dñs est ex tp̃e. Et ratio Augustini ẽ
vt patet in ipsa auctoritate: q̄a ex. notat ordinẽ ⁊ tp̃s nõ est
añ se sed est añ alias creaturas: g̃ nõ est coequeuũ. ¶ Pre/
terea dicit Augꝰ in 12° ꝯfessionũ. Pro rñsione veꝝ est ifor/
mitatez primã vices tẽpoꝝ nõ hr̃e: q̄a nulla põt eẽ vicissitu/
do vbi nulla est forma. sed iformitas p̃ma est mã p̃ma ⁊ mã
prima est extra tp̃s: ⁊ ita nõ est coequeua. ¶ Itẽ quecũq̧ sũt
coequeua in aliquo sunt coequeua qđ est vt mẽsura: ergo si
ista q̃tuor sunt coequeua erũt coequeua in q̄nto: ⁊ illud q̄n/
tuz aut est coequeuũ: aut nõ ꝯstat ꝙ sic: q̄a aliter nõ eẽnt coe
queua in ipso: ergo erũt coequeua iteꝝ in 6° ⁊ sic in ifinitũ.
Sed dicit ph̃s ꝙ nõ cõtingit intelligẽtez ifinita trãsire: ergo
falsuz est ꝙ tp̃s sit coequeuũ alicui. ¶ Solutio. dicimꝰ ꝙ tẽ/
pus multiplr̃ accipit̃. q̃nq̧ eni accipit̃ tp̃s ḡnaliter pro men/
sura cuiuscũq̧ mutatiõis vel fieri: siue simplicia sint illa: si/
Tp̃s multiplr̃ sumitur. ue cõposita. ⁊ ẜm hoc dicimus ꝙ angeli mouent̃ in tp̃e ⁊ in/
telligũt in tp̃e ẜm discursuz angelice intelligẽtie super res i/
telligibiles in cognitiõe vespertina. q̄a ẜm matutinã cogni
tionẽ attingũt eternitatẽ vt supra habitũ est. Hoc mõ ẽt di
cimus ꝙ fieri creatiõis qđ nihil aliud est q̃z creaturã nũc eẽ
⁊ ante nihil fuisse est in tp̃e: ⁊ sic itelligit̃ hoc qđ dicit Augꝰ.
ꝙ est dñs aⁱᵃ ex tp̃e ⁊ nõ ipsius temporis. q̄a iceptio rei que
ibi dr̃ fieri per itellectũ est ante ꝑfectionẽ eiusdẽ rei. Et per
hoc etiã patet solõ obiectiõis p̃cedẽtis illã auctoritatẽ que
idem cõcludit cũ auctoritate. Lz aũt tẽpus sic dictũ sit ante
perfectionẽ rei ẜm itellectuz: tñ ẜm sui subam est cũ re ipsa:
⁊ hoc ideo q̄a fieri illud ẜm subam nihil aliud est q̃z creatu/
rã p̃mo incepisse ⁊ añ nõ fuisse vt habet̃ in q̃õne de creatõe.
Per hoc patet qualr̃ tempus ẜm sui subaz est vnũ de coe/
queuis: cũ tñ ẜm rõnẽ habeat ordinem prioritatis ad alia.
¶ Aliter accipit̃ tẽpus ꝓ mensura mutatiõis que est super
mãm siue sit subiecto siue nõ subiecto: ⁊ ẜm hoc dicit Augꝰ.
ꝙ iformitas p̃ma nõ est in tp̃e: q̄a in iformitate p̃ma nõ est
aliqua mutatio: ⁊ tñ est in tp̃e qđ p̃mo mõ dc̃m est tempus.
¶ Ex hoc ẽt patet solõ ad hoc qđ dicit Augꝰ. ꝙ celũ ⁊ terra
sunt añ oẽm diẽ: q̄a accipit̃ ibi dies ꝓut constituit̃ ex horis
mensurãtibꝰ mutationẽ quãcũq̧: q̄a nec celũ empẏreũ mu/
tationi subm̃ est nec etiã p̃ma mã ẜm ꝙ sic accipit̃. ¶ Et qđ
obijcit de die nãli dicimꝰ ꝙ dies nãlis duobꝰ modis diffinit̃
in cõparatiõe ad suas ꝑtes que sunt tm̃ ꝑtes vt mã. sic dies
nãlis est qui cõstituit̃ ex. 24. horis: diffinit̃ ẽt in cõparatiõe
ad partes vt ad cãm efficiẽtẽ sic. Dies nãlis est qui consti/
tuit̃ ex die artificiali ⁊ nocte ⁊ ẜm p̃mã diffõnẽ ⁊ scđo mõ cõ
sideratũ. tp̃s nihil est ante oẽm diẽ. Sz ẜm scđam diffõnẽ et
primo mõ cõsideratũ tp̃s aliq̄d est ante oẽz diẽ. ¶ Aliter ẽt
dr̃ tp̃s mẽsura motus p̃mi mobilis ⁊ per ꝯñs alioꝝ motuuz
qui causant̃ ab illo: ⁊ sic multa sunt creata añ tp̃s. Et sic pa
tet solõ p̃me obiectiõis. ¶ Ad aliud dm̃ ꝙ coequeuũ expo
nendũ est negatiue sicut oia p̃ma. Vñ cũ dr̃ ꝙ q̃tuor sũt coe/
queua: sensus est ꝙ ista q̃tuor ẜm suũ eẽ ⁊ subam nõ se p̃ce/
dunt inuicẽ. Et ita patet ꝙ non itur in infinitum.

¶ Quare tempus magis dicatur causa corruptionis q̃z ge/
nerationis. Articulus 16ꝰ.

Eptimo querit̃ quare tẽpus magis dicat̃ cã
corruptiõis q̃z ḡnatiõis. Videt̃ eni ꝙ non: q̄a
ois motꝰ est in tp̃e. ergo sicut estˀ cã corruptio/
nis est ⁊ causa alteratõis ⁊ ḡnatõis ⁊c̃. ¶ Pre
terea videt̃ ꝙ nullius hoꝝ sit causa. ḡnatio eiꝫ
⁊ corruptio ⁊ alij motus causant̃ a p̃ncipijs ex
trinsecis vel extrinsecis agẽtibꝰ ⁊ patiẽtibꝰ ⁊ sufficiẽter ab il
lis. ergo tp̃s nõ est vna causaꝝ corruptionis. ¶ Preterea si
eẽt causa deberet determiari inter alias causas corruptio/
nis ⁊ ḡnationis in libro de ḡnatiõe ⁊ corruptiõe. ¶ Itẽ pas/
sio nõ est causa subiecti sed potiꝰ ecõuerso. ergo tẽpus cum
sit passio motꝰ vel mutatiõis nõ est causa alicuiꝰ mutatiõis
per se ⁊ ḡnationis per accñs. Si eniz per se cã est corruptio/
nis tũc maxie deberet eã causare in subto sibi ꝓprio: ⁊ ita ce
lum eẽt corruptibile. ¶ Preterea querit̃ q̃re reprehendunt̃
illi qui dicũt ipsuz sapiẽtissimũ. cũ Iob dicat ꝙ in antiq̄s est
sapiẽtia ⁊ multo tp̃e prudẽtia. ⁊ Aristoteles dicit in 3° topic̃.
ꝙ vnũqđq̧ in quo tp̃e magis valet ip̃m magis est eligẽduz
vt tẽperãtia in iuuẽtute. prudentia in senectute: ⁊ nemo eli/
git iuuenes duces: eo ꝙ nõ ꝯstat eos eẽ sapiẽtes: ⁊ ita videt̃
tp̃s esse sapiẽtissimũ. Si forte fiat vis in eo ꝙ tp̃s nõ est par
ticeps discipline per hoc ẽt nõ erit insipiẽtissimũ. ¶ Prete/
rea dicit Iosue ph̃s. ꝙ deꝰ ideo antiquus vitã lõgã iclusit q̄
studuerũt in rebꝰ laudabilibꝰ in astris. s. quoꝝ experimentũ
certũ nõ accipit̃ nisi in tp̃e lõgo: ⁊ ita videt̃ ꝙ tp̃s sit cã expe
rimẽti certi qđ est p̃nᵐ scie vt dicit Aristoteles in lib° poste/
rioꝝ. Idez videt̃ dicẽ. Hippocrates in p̃n° afoꝛ. Vita bre/ 2° posterioꝝ
uis ars lõga experimẽtũ fallax iudiciũ difficile. ¶ Solõ. di/ in fine.
cimus cũ Aplõ ad hebreos. qđ antiquat̃ ⁊ senescit ꝓpe ite/
ritũ est. Vñ tp̃s est causa corruptionis magꝭ q̃z ḡnationis in
corruptibili qđ aptũ natũ est accipere corruptionẽ in tp̃e. et
hoc est qđ dicit ph̃s ꝙ ip̃m est cã corruptiõis magis q̃z ḡna/
tionis ꝓpter mutationẽ quã mẽsurat que facit distare a p̃n
cipio. Si aũt aliq̄d ḡnat̃ in tp̃e siue simplr̃ siue ẜm q̄d ⁊ sim/
pliciter vt suba ẜm quid ẜm ꝙ de nõ sciẽte fit sciẽs: ⁊ hoc fit
mouẽte aliquo extrinseco ⁊ nõ tm̃ itriseco. ⁊ ideo in vno est
tp̃s cã corruptiõis ⁊ ḡnationis. Silr̃ si ex corruptiõe vniꝰ ge
nerat̃ alteꝝ hoc est iteꝝ per accñs respectu tp̃is. Et ideo no
tãdũ ꝙ illõ tp̃s qđ est causa corruptõis hoc est eẽ in tp̃e: ⁊ iđ
ph̃s hoc ẽt dicit ibi. Vbi determiat q̄d sit eẽ in tp̃e: q̄a in il/
lis que sunt in tp̃e ẜm nãm suã est ꝯrietas: ⁊ ideo per actio/
nẽ caloris ꝯsumptio fit nãlis humidi: cuiꝰ cõsumptio iducit
dissolõnẽ ⁊ causat distãtiã ab habitudie p̃ncipioꝝ cõtinẽtiũ
ip̃m in eẽ p̃mitus. Et iđ dicit Seneca ꝙ hõ incipit mori ex
quo nascit̃. Dicit eni Auicẽna ꝙ nõ fit restauratio subalis
humidi per humidũ nutrimẽtale: sed ipedit̃ calor ne subi/
to cõsumat ip̃m. ⁊ dat exẽplũ de duplici humido qđ est in lã
pade. vnũ qđ est ibibitũ lẏcinio. alterum qđ est circũfusum.
Vbi calor ignis de necessitate aliq̄d cõsumit de humido i/
bibito: sed tñ ne subito consumat ipedit̃ a circũfuso: ⁊ ideo
etiã mors nãlis dr̃ illa que iducit̃ ex tp̃e lõgo. Eodẽ mõ di/
cimus ꝙ tp̃s est cã obliuionis ⁊ isipiẽtie: q̄a ꝑꝑ cõsumptio/
nẽ humidi in cerebro: ⁊ ꝑꝑ teporẽ calidi qđ necesse est tepe/
scere cõsumpta sua mã in qua est efficiunt̃ senes imemora/
biles. ¶ Ex his pꝫ q̃ñ tp̃s dicat̃ causa corruptionis per se:
q̄a. s. in ipso in quo est inducit corruptionẽ hoc mõ. quo esse
in tp̃e iducit corruptionẽ: ḡnationis aũt per accñs q̄a nõ in
ipso in quo est: sed per aliud mouẽs vt experimentũ vel ali/

qđ tale

qꝺ tale iducit gñatio. ¶ Ex his pꝫ solutio ad oia p̄ter id qꝺ obijcit de celo. ⁊ ad hoc dõm ꝙ celũ ſm ſuã nãm nõ eſt in tẽpoꝛe ſed ſm motũ ſuũ: ⁊ iterũ ſm motũ ſuũ non eſt in tpe ita ꝙ menſuret a q̃dã pte tpis: ſed qa cõmetit ſe toti tẽpoꝛi: ſꝫ tp̃s nõ eſt cauſa coꝛruptionis niſi in his que metit ſm pteꝫ ſui: in his enim ſunt diſtãtia a p̃ncipio ⁊ in alijs non.

¶ Quomodo tempus exiuerit in eſſe. Articulus 17ꝰ.

Ctauo querit quomõ tp̃s exiuerit in eſſe. aut eni tp̃s incepit in tpe. aut in iſtanti tpis. aut in eternitate. aut in nũc eternitatis. Si in tẽpoꝛe ſequit duplex incõueniẽs. Unũ eſt ꝙ tp̃s ſit in tẽpoꝛe ⁊ ſic menſure eſt mẽſura ⁊ tp̃s tẽpoꝛis: ⁊ hoc deducit in infinitũ. Aliud incõueniens eſt ꝙ incipere eſt initio ſui eẽ qꝺ eſt cõtra nãm cõtinui: qa nullum cõtinuũ hꝫ eſſe in termino ſuo ſiue p̃ncipio vel fine vt ꝓ

Deinde querit̃ qui ⁊ quot sunt modi tẽtandi. Et sumende sunt distĩõnes sanctoꝝ. Dicit eiꝫ glosa sup Geñ. 4°. trib⁹ modis culpa perpetrat̃: suggestione: delectatione: ⁊ cõsensu. Primo per hostem. 2° per carneꝫ. 3° per spũꝫ. Hostis enim praua suggerit. caro se delectationi subijcit. tãdem spũs delectationi cõsensit. Suggestiõe peccatum cognoscimus. delectatione vincimur. consensu ligamur. ¶ Itẽ Greg⁹ 32° li° moraliũ super illud. Ecce vehemoth que feci tecum. dicit fideli famulo dñs cũctas hostis callidi machinationes insinuat omne qđ supprimendo rapit. oẽ qđ de insidiãdo circũuolat. omne qđ minãdo terret. omne qđ suadẽdo blãdit̃. omne qđ desperãdo frãgit. omne qđ ꝓmittendo decipit. ¶ Itẽ p̃° Corinth. 10°. distiguit glosa tẽtationẽ diabolicam ⁊ humanaꝫ dicẽs. ꝙ tẽtatio humana est vt in necessitate vel pressura nõ diffidat homo de deo auxilium humanũ requirendo. ¶ Iteꝫ humana tẽtatio est de eis sine qbus vita ista non agit̃. ¶ Item pp Christum pati humana tẽtatio est per quã perficit̃ apud deũ. ¶ Itẽ humana tẽtatio est aliter sapere q̃ꝫ res se hꝫ cum bono aïo. ¶ Iteꝫ humana tẽtatio est cum irritat̃ quis in fratrẽ studio corrigẽdi plus: tñ q̃ꝫ christiana tranqllitas postulat. Diabolica v̾o tẽtatio est nimis amãdo sniam suã vel inuidẽdo melioribus vsqꝫ ad p̃sidende cõionis vel cõdẽdi scismatis vel heresis sacrilegiũ peruenire. ¶ Querit̃ ergo de oĩbus his modis ⁊ de vtilitate ex his tẽtationibus ꝓueniẽte. Et p̃° querit̃ de p̃ma diuisione que accipit̃ in glosa Geñ. Videt̃ eniꝫ ꝙ nõ cõprehendat oẽm modũ tẽtationis: q̃a nõ est idẽ modus tẽtationis Chri ⁊ nostre ⁊ p̃moꝝ parentũ. Christus. n. tentabat̃ exterius tñ: neqꝫ trahebat̃ a tẽtatione in corpore neqꝫ in aïa. Primi aũt parẽtes trahebant̃ in aïa nõ in corpore. Et hoc pꝫ in dubitatione Eue. nõ enim trahit̃ corpus a tẽtatione nisi corruptum. corpus autẽ Christi ⁊ p̃moꝝ parentũ in p̃mo statu nõ fuit corruptum. nos aũt trahimur in corpore ⁊ aïa. ¶ Itẽ videt̃ falsum ꝙ tẽtatio secũda sit in carne: q̃a supra habitum est in iferiori parte rõnis que non est caro. ¶ Itẽ falsum videt̃ qđ dicit ꝙ delectatiõe vincamur. supra enim habitũ est ꝙ nõ oĩs delectatio est mortale peccatuꝫ q̃uis sit in iferiori parte rõnis. ¶ Deinde obijcit̃ de diuisione Gregorij ⁊ querit̃ q̃d vocatur opprimendo rapere. Hoc enim pertinet ad violẽtiã ⁊ diabolus nulli põt facere violentiaꝫ sicut dicit btũs Bernardus. Debilis hostis est qui nõ põt vincere nisi volẽteꝫ. ergo videt̃ ꝙ nihil opprimẽdo rapiat. ¶ Item opp̃ssio illa aut refert̃ ad corpus aut refert̃ ad aïam. Si ad corpus tunc nõ videt̃ opprimere ita ꝙ rapiat: q̃a ex hoc nihil rapit qđ opprimit aliquem in corpore. ¶ Preterea glosa super p̃° Petri 5° ca° dicit. ꝙ non est timẽdus hostis qui nõ põt etiam in porcos nisi ex dispensatione cõditoris. Et ita videt̃ nõ posse opprimere nisi licẽtia accepta a deo. ergo nõ ipse opprimit sed deus. Si v̾o refert̃ ad aïam tunc plane falsum est: q̃a potestatem in anima non hꝫ nisi inquantũ hõ sibi ex ꝓpria volũtate cõcesserit. ¶ Iteꝫ querit̃ de hoc qđ dicit. insidiando circũuolat. Insidie enim ponũtur ambulantibus in via publica. Sed via publica in moribus est via mãdatoꝝ: ⁊ hec nõ hꝫ periculum: ⁊ ita videt̃ ꝙ nõ sit obnoxia isidijs inimici. ¶ Preterea insidiãtes in vno loco consueuerũt ponere insidias ⁊ non circũuagari: ⁊ ita videt̃ ꝙ incõpetenter hec duo cõiungat insidiãdo circũuolat: si enim insidiat̃ nõ circũuolat: ⁊ si circũuolat nõ insidiatur. ¶ Item querit̃ de hoc qđ dicit. omne qđ minando terret. per minas eñi ⁊ terrores non attrahitur aliquis sed fugat̃. Cum ergo demonis sit intẽtio tẽtatos attrahere: videt̃ ꝙ iste modus non sit machinationis sue qui est minando terrere. ¶ Ulterius queritur de hoc qđ dicit suadendo blandit̃. suasio enim actus rationis est. cum igit̃ demon nõ possit supra rationem vt supra habitum est. videt̃ ꝙ suasio eius non percipiat̃ ab homine: ⁊ ita non suadendo blãdit̃. ¶ Preterea queritur de hoc qđ dicit. desperando frangit. ex hoc enim ꝙ aliquis desperat nõ est oĩno fractus: q̃a adhuc potest redire ad veniam. ¶ Ulterius querit̃ de hoc qđ dicit. omne qđ promittendo decipit. eius eñi non est ꝓmittere: qui nihil hꝫ dare. sed demon nihil hꝫ dare. ergo videt̃ ꝙ suum non sit promittere. ¶ Iteꝫ videt̃ ꝙ non omnes modi machinationis sue cõtineant̃ in istis sex. q̃a dicit Augustinus ꝙ demones se quãdoqꝫ imiscent saporibusciboꝝ vt excitent ad gulam. quãdoqꝫ spectaculis oculorum inuitãtes ad vanitateꝫ ⁊ libidinẽ carnis ẜm ꝙ narrat Gregorius in dialogo. ꝙ diabolus sedit super folium lactuce excitans ad libidinem gustus quãdam monialez. ⁊ ẜm ꝙ dicit̃ de Eua. Uidit lignũ ꝙ erat bonum ad vescẽdum ⁊ pulchruꝫ oculis aspectuqꝫ delectabile. Quãdoqꝫ etiã imiscet gesticulationibus histrionum vt moueat ad risum ⁊ vanitateꝫ. ⁊ quandoqꝫ etiã ipsis sanguinibus vt supra habitum est. ¶ Item Augustinus in libro de cõflictu vitioꝝ ⁊ virtutũ: tangit speciales cõflictus multorum vitioꝝ. s. septem capitalium ⁊ filiarum suaruꝫ: q̃bus pie viuentes in Christo Jesu non desinit diabolus impugnare. ⁊ subinfert postea. sed nec his cõtentus ad alia cõuertitur argumenta: dum quibusdam in somnijs sepius vera ꝓnuntiat vt eos quãdoqꝫ ad falsitatẽ protrahat: cum dormientes ante horaꝫ vel tempus excitat vt eos quãdo vigiliarũ tempus est somno grauissime deprimat. ¶ Preterea cum psallentes atqꝫ orantes sibilis stridibus latratibus diuersis ⁊ incognitis vocib⁹ iactis etiam lapidibus vel stercorib⁹ perturbat vt eos quoqꝫ modo ab opere spirituali retrahẽtes inanes efficiat. Unde dicit ibidem Aug⁹. ꝙ quandoqꝫ tentat blasphemia. ¶ Itẽ in 2° libro super Genesim ad lr̃am. dicit ꝙ mathematici istinctu demonũ sepius vera predicũt. ⁊ sic cum multa sint tentamẽta diaboli nõ videtur posse omnia reduci ad sex modos q̃s tangit Greg⁹. ¶ Item suadendo blãdiri ⁊ promittẽdo decipere: nõ videt̃ habere dr̃iam: q̃a diabolus non promittit nisi addat persuasioni vt credat̃ ꝓmittẽti. ¶ Preterea insidiando circũuolare nõ videt̃ habere differentiam ad aliqđ alioꝝ. qui enim insidiat̃ occulte nocet. ⁊ in omnibus machinamẽtis diabolus querit occulte nocere. ¶ Deĩde querit̃ vlterius de tertia diuisione. ⁊ p̃mo de hoc qđ glosa distiguit tẽtationem humanam ⁊ diabolicam. sicut eñi quedam tentatio est a diabolo: ita quedam a mũdo: ⁊ quedam a carne: ⁊ sic videt̃ insufficienter distinguere. Si autẽ dicat̃ diabolica tentatio: que est ad similitudinem tẽtationis: tunc nihil videt̃ esse dictum: q̃a demonuꝫ nõ est tẽtari. ¶ Itẽ ꝓ Christo pati non videt̃ tentatio esse: sed potius virtus constãtie ⁊ fortitudinis. ¶ Similr̃ in periculis querere humanum cõsilium non est tẽtatio: sed actus prudentie virtutis. ¶ Item in periculis se cõmittere discrimini postposito cõsilio qđ potest haberi est tentare deum: ⁊ hoc est peccatum mortale. g̃ videt̃ oppositum eius. s. querere consilium in periculis esse meritum ⁊ obediẽtia precepti qđ ponit̃ in Deutero. Nõ tẽtabis dñm deũ tuuꝫ. ¶ Item Apostolus permisit se submitti in sporta per muros cum quereret̃ a preposito damasci: ⁊ hoc fuit querere consilium humanũ: nec hoc reputat̃ tentatio: sed potius laus Apostoli sicut dicit glosa ibidẽ. Fugiat seruus Christi ⁊ minister verbi qđ precepit vel ꝑmisit sicut ipse Chr̃s in Egyptum fugit. fugiat oĩno de ciuitate in ciuitatem quãdo eorum quisqꝫ specialr̃ a persecutoribus queritur vt ab alijs qui non ita querunt̃ nõ deseratur ecclesia. ¶ Preterea dicit ph̃s ꝙ si vnum oppositorum est multiplex ⁊ reliquum. cũ igit̃ tentatio humana distinguat̃ per q̃nque membra a glosa: videt̃ ꝙ tentatio diabolica per tot debeat distingui: cum tamẽ in glosa non inueniat̃ nisi vnus modus

tẽtationis

tētationis diabolice.❡ Gratia huius queritᷣ quid sit tēta/
re deum. Si enim hoc est vt quidam dicūt petere miracu/
lum ꝓpter se fieri:tunc multi sancti tētarūt deum.❡ Si au
tem hoc est vt quidaꝫ alij dicūt offerre sese periculo cū pos/
sit cōsiliuꝫ humanū haberi de euacuatione periculi:tūc ite/
ruꝫ multi sanctoꝝ martyrū vt Chatherina ⁊ Sebastianus
tētauerūt deū.❡ Preterea hoc videtᷣ esse cōtra hoc qḋ ha/
betᷣ Judicum 5°.qui spōte obtulistis de Jsrael aīas vestras
periculo benedicite dn̄o.❡ Ulterius queritᷣ de ꝓfectu tēta/
tionis de quo dicit Apostolus pᵃ Corinth.10°.Fidelis deꝰ
qui nō patietᷣ nos tentari supra id quod potestis:sed faciet
eum tentatione prouentum vt possitis sustinere.

❡ Solutio. Dicēduꝫ ꝙ pͥma diuisio data est penes gradus:
quibus ꝓgreditur tētatio in nobis ad cōsumationem pec/
cati:⁊ q̄a nō sunt nisi tres.s.sensualitatis ⁊ inferioris partis
rōnis ⁊ superioris pꝫ ꝙ sufficiens est diuisio penes hos gra
dus assignata.❡ Ad pͥmum qḋ est cōtra obiectum dōm ꝙ
tētatio Christi ⁊ primoꝝ parentum ꝺm pͥmuꝫ statum redu
citur ad tētationem que est in suggestione hostis.suggestio
enī est duplex.s.exterior ⁊ interior.interior fit per actum sen
sualitatis corrupte.exterior fit per demonem absolute:⁊ ta/
lis fuit in pͥmis parentibus ꝺm primū statū in Chro.❡ Ad
aliud dōm ꝙ inferior portio rationis ꝓpter mollitiem ⁊ de
fectibilitatem dr̄ caro.⁊ mulier:ex vicinitate eniꝫ carnis se/
pius emollescit in delectationibus carnalibus.❡ Ad aliud
dōm ꝙ non ideo dicit ꝙ delectatiōe vincimur ꝙ semp hoc
fiat ⁊ in omni delectatione.sed q̄a cum tria sunt in delecta/
tione peccati ⁊ delectatiōe pͥma duo non vincunt:q̄a aperte
sciuntᷣ esse mala.s.persuasio sensualitatis ⁊ iudiciū rōnis de
illicito.sed hoc qḋ compellit ad peccatum est victoria tenta
tionis delectationis.❡ Ad id qḋ vlterius queritᷣ de alia di
uisione dicendum:ꝙ hec sumitᷣ ꝺm modos machinationis
diaboli tm̄:⁊ illi sunt vel in ꝓsperis vel in aduersis. Jn ad/
uersis dupl'r.s.respectu presentis aduersitatis:⁊ respectu fu
turi. Si respectu future aduersitatis tunc minādo terret:et
hoc fit quando incutit alicui timorem defectuum corpora/
lium vel temporaliuꝫ vel perseuerantie si velit seruire deo.
Si autem est respectu presentis aduersitatis:tunc est de ni
mia tristitia mali iminentis:⁊ hoc potest eē malū culpe vel
malum pene.⁊ si est malum culpe tunc desperando frangit.
si de malo pene tunc opprimēdo rapit. Dico autem nimia
tristitia:quia moderata tristitia de culpa vel pena non est
tentatio sed virtus. Unde Apostolus in secunda ad Co/
rinth.6° capitulo.seculi tristitia mortem operatur.tristitia
autem que ꝺm deum est penitentiam in salutem stabilem
operatur.⁊ est tristitia vel confusio adducens gloriam.⁊ est
tristitia vel confusio adducens ignorantiam. Si v̇o tentat
per prospera tūc tentat ꝺm conuersionem ad bonum com/
mutabile. Et hec cōuersio dupliciter consideratᷣ.s.gn̄aliter
ad bonum hoc vel illud:vel sp̄aliter ad hoc bonum vel illḋ.
Et si gn̄aliter tunc insidiando circūuolat ⁊ tūc insidiari est
obseruare oēm modum cōuersionis ad bonum cōmutabi/
le vt inclinet ad illicitum. Si auteꝫ est special'r ad hoc vel il/
lud.tūc aut est respectu presentis aut respectu futuri. Si est
respectu presentis tūc suadēdo blanditur ⁊ est tunc suadere
assignare ratiōes ex parte necessitatis humane vt sub ob/
Alia solo. tētu necessitatis ingerat voluptates. Si v̇o est respectu fu/
turi tūc promittēdo decipit.❡ Uel sic dicatur tētatio hostis
vel est ex parte virium apprehēsiuarum:que tamē sunt pra/
ctice.vel ex parte motiuarum. Si primo modo.aut ex parte
phātasie ꝺm ꝙ accipit a sensu multitudinem sensibilium:et
tunc insidiando circūuolat vt decipiat per sensibilia.aut ex
parte phātasie ꝺm ꝙ est motiua concupiscibilis:⁊ sic suadē
do blāditur. Si autem ex parte motiuarum tm̄ tunc est ꝺm
irascibilem.⁊ tūc aut est cōtra actum fortitudinis:⁊ tunc op
primendo rapit. Aut cōtra actuꝫ spei ⁊ hoc dupliciter.quia
spes est futuri boni ⁊ spes venie. Et si est cōtra spem venie:
Instātie ꝯ se/cūdā solonē. tūc desperādo frāgit. Si autem est cōtra spem futuri boni:
tunc promittēdo decipit.❡ Sed tūc videtur diuisio insuffi
ciens:q̄a nulla machinatio habetur cōtra actum rōnis. Jtē
sicut est machinatio cōtra actum fortitudinis ita cōtra actū
aliarum virtutum cardinalium. Jtem sicut est machinatio
cōtra actum spei ita cōtra actum aliarum virtutum theolo
Solutio. gicarum.❡ Ad hoc dicēdum est ꝙ sicut patet ex p̄dictis de/
mon nō potest super rōneꝫ imediate sed tm̄ mediāte phan/
tasia:⁊ tunc machinatio cōtra rationem reducitᷣ hoc modo
ad illam que est suadēdo blāditur.❡ Ad aliud dōm ꝙ con
cupiscibilis non est ordinata nisi ad bonum vt nūc:⁊ idcir/
co conuersio ad tale bonum est cum fortitudie nisi addatur
persuasio ex rōne ⁊ phātasia:q̄a bonum vt nūc qḋ suspectū
est semp:⁊ idcirco nulla machinatio est in cōcupiscibili sim/
pliciter. Jn irascibili autē nō sic:q̄a illa est cōtra malum qḋ
aperte est malum:⁊ ideo ad isurrectionem cōtra illud nō i/
diget persuasione sed apprehēsione tm̄.❡ Ad aliud dicēdū
ꝙ due virtutes inter cardinales.s.prudentia ⁊ iustitia sunt
in rōne in qua demon nō potest imediate:sed ex multitudie
phātasmatum quādoqꝫ obnubilat ⁊ tūc machinatio cōtra
illam reducitᷣ ad illam que est isidiādo circūuolat. Tempe/
rātia v̇o est in concupiscibili ꝺm ꝙ ordinatur ad bonum vt
nunc:⁊ ideo machinatio cōtra illaꝫ virtutem ad eam redu
citur que est suadēdo blanditur.❡ Ad aliud dōm ꝙ chari
tas est in volūtate supra quā nō potest nisi deus.❡ Et si di/
catᷣ a quibusdam esse in cōcupiscibili volūtas:tamen vt su/
pra habitum est traditᷣ a cōcupiscibili ⁊ delectabili ꝙ est in
ipsa:vt postponat amorem sūmi boni amori summi pn̄tis:
⁊ tūc machinatio cōtra charitatem etiam reducitᷣ ad eam
que est suadēdo blanditᷣ. Fides autē est in rōne vel intelle/
ctu in quā vt habitum est nō potest demon imediate:sꝫ ob/
nubilat quādoqꝫ fidē phātasmatis rōnibus:⁊ tunc machi/
natio cōtra fidem sub ea comprehēditur que dicitur insidi/
ando circūuolat.❡ Ad pͥmuꝫ igitᷣ ꝙ contra partes diuisio/
nis beati Gregorij obijcitᷣ dōꝫ ꝙ oppressio illa nō sonat in
coactionem volūtatis omnimodā:sed occasional'r vt quā/
doqꝫ fit:quādo multa mala ingeruntᷣ alicui ꝙ protrahitur
ad impatiētiam ⁊ iram ⁊ obliuiscitᷣ virtutis sicut fecit btūs
Job cui semper vno nūtio adhuc referēte malū vnuꝫ alius
superuenit qui peius nūtiauit.❡ Ad aliud dicēdum ꝙ op/
pressio est ad volūtatem ⁊ rōnem:sed occasionaliter nō coa
ctiue ꝺm ꝙ exigitur ad tētationem. Si enim esset oīno coa/
ctiua non esset tentatio neqꝫ motus machinationis.❡ Ad
aliud dōm ꝙ rapit hominem in peccato impatiētie vel ire:
lꝫ eniꝫ deus potestatē tētandi permittat ⁊ det:tamē q̄a dia/
bolus ex malitia instigatᷣ ad actum opp̄ssio ⁊ actus diaboli
sunt ⁊ non dei. Uolūtas enim diaboli plus inclinatᷣ ad ten/
tandū ex malitia ꝓpria:q̄ꝫ ex obedientia executionis man/
dati diuini.❡ Ad id qḋ queritᷣ de insidiādo circūuolat:dōꝫ
ꝙ in omni via diabolus ponit insidias ⁊ semp iuxta viā ꝺm
ꝙ dicitᷣ in psalmo.iuxta iter scandalū posuerūt mihi.❡ Est Triplex ē via
enim triplex via per quā progreditur homo.s.via nature.⁊ qua prodien/
iuxta hāc ponit diabolus insidias magis tētans hoiem in ti hoī diabo/
illo peccato ad qḋ magis inclinatᷣ in natura sicut dr̄ in Job. lus ꝯtra tē/
ꝙ abscōdit decipulam iuxta semitaꝫ.⁊ est via rōnis.⁊ iuxta dit.
hanc ponit isidias ingerēs rōni deceptiones in discretione
boni ⁊ mali.⁊ boni ⁊ melioris.ꝺꝫ ꝙ dicit Salomon in ꝓuer/
bijs.ꝙ est via que videtᷣ homini recta ⁊ nouissima eius du
cunt ad interitum. Et iteꝝ via mādatoꝝ ⁊ consilioꝝ dei de
qua dicit psalmista. Uias tuas dn̄e demōstra mihi ⁊ semi/
tas tuas edoce me.⁊ alibi. Uiam mādatoꝝ tuoꝝ cucurri cū
dilatasti cor meum.⁊ iuxta hāc ponit insidias quomō possit
declinare ambulātes in ea.❡ Dicēdum ergo ꝙ in ipsa via
non est periculum:sed q̄a difficile est attingere rectum ⁊ fa/
cile declinare:sicut dicit ph̄s in 2° ethicoꝝ.ideo insidiatᷣ vt Caplo.9.
recte ambulantes seducat a via.❡ Ad aliud dōm ꝙ diabo
lus circūuolare dicitur ꝓpter hoc ꝙ multipliciter contigat
declinare a recto ⁊ ipse oēs illos modos obseruat.❡ Ad id
qḋ queritᷣ de hoc ꝙ est mināndo terret.dicēduꝫ ꝙ nō minatᷣ
alicui sibi seruienti:sed potius volenti seruire deo:vt habi/
tum est in diuisione.vn̄ per hanc machinationeꝫ intēdit ho
minem retrahere a seruitio diuino.❡ Ad id qḋ obijcitᷣ de
suadēdo blāditur:pꝫ solutio per predicta:q̄a lꝫ supra rōneꝫ
nō possit imediate:pōt tamē per cōturbationeꝫ phātasma/
tum in phātasia.❡ Ad id qḋ obijcitᷣ de desperādo frāgit.di
cēdum ꝙ fractio nō sonat in omnimodā impossibilitatē re/
desidi ad salutē.sed sonat icorruptionē ordinis ad hoc per
qḋ remittuntᷣ oīa peccata.oīa enim peccata remittūtur per
misericordiam dei ad quā per spem ordinatᷣ penitēs.despe
rans auteꝫ corruptus ⁊ fractus est in ordine illo.❡ Ad aliḋ
dōm ꝙ siue demon imisceat se sapori ciboruꝫ siue sanguini

humano siue alijs exterioribus vel interiorib⁹ totum redu
cit ad illam machinationem: que dicit suadẽdo blandit. q2
in omnibus illis cõuersionem ad bonũ cõmutabile intẽdit
persuadere. ¶ Ad aliud dõm ꝙ vitia siue capitalia siue fi
lie eorũ sunt de duplici obiecto. s. boni apparentis mali. vt
ira cõtra apparens malum ⁊ gula ⁊ luxuria ad apparẽs bo
num. ⁊ ideo tẽtatio ire ⁊ accidie ⁊ inuidie reducitur ad cõ
minãdo terrere. Ira enim insurgit ꝓpter apparẽtez exina
nitionez que occulte minat in corde vl' ꝯtumeliã si sustineat
vel lesionẽ corporis vel rex. Accidia võ difficultatem cultus
dei ⁊ seruitij minatur. Sz inuidia minatur impedimẽtum
excellẽtie vel ꝓsperitatis ꝓprie ex bono ꝓximi. Alia võ pec
cata ꝓpter cõuersionẽ ad bonuz vt nũc comprehẽdũtur sub
suadẽdo blãdit. ¶ Ad aliud dõm ꝙ in somnijs vera ꝑdice
re ⁊ añ tp̃s excitare reducũtur ad ꝓmittẽdo decipere. bonis
enim quibusdã p̃ntibus quasi ꝓmittit futura maiora: latra
tibus autẽ vel ictibus inquietare psallentes reducit ad cõ
minãdo terrere. ¶ Ad aliud qd̃ obijcit de blasphemia. dõz
ꝙ blasphemia ꝓuenit ex infidelitate: ⁊ ideo sicut obnubilat
circũuolando per isidias fidem vt ꝓtrahat ad isidelitatez:
sic ẽt posterius ꝓtrahit ad blasphemiã. ¶ Ad id qd̃ obijcit
de mathematicis dõm ꝙ hoc cõtinetur sub ꝓmittẽdo deci
pere: sicut est reuelatio somnioꝝ ⁊c. ¶ Ad id qd̃ de 3° diui
sione querit dõm ꝙ humana tẽtatio dr̃ ibi in his sine qbus
nõ est isirmitas humana. diabolica aũt p̃sumptio dr̃ p̃sum
ptio cõtra preceptũ dei que ꝓuenit ex cõtemptu p̃cepti ⁊ p̃ci
pientis. Et ꝓpter hoc in glo. nõ ponitur diabolica tẽtatio:
sed diabolica p̃sumptio ⁊ humana tẽtatio ⁊ angelica perfe
ctio. Et dicitur p̃sumptio diaboli: quãdo suadet diabolus
ipsaz: nõ isirmitas humana ⁊ que est ad imitationẽ diabo
li. Angelica võ ꝑfectio est vt dicit glo. in nullo errare. sed tẽ
tari est humane isirmitatis. ⁊ hec tẽtatio que in isirmitatez
humanam cadit: aut est ꝓbationis diuine: aut isirmitatis
humane. Et si est ꝓbationis diuine tunc semp est in pericu
lis. ⁊ tunc aut est cũ possibilitate euadẽdi periculum aut nõ.
Si p̃mo modo tũc est illa quã dicit glo. ꝙ in necessitate vel
pressura nõ diffidat hõ a deo auxilium humanũ requirẽdo.
Si võ secũdo modo tũc est illa quã dicit glo. pati pro Chrõ
humana tẽtatio est. Et iste due tẽtationes sunt per quas ꝑ
ficitur apud deum. Nec dicũtur tẽtationes nisi pro tanto ꝙ
sunt iterrogationes infirmitatis humane. Utrũ deo cõstã
ter adhereat vel nõ. Si autẽ tẽtatio est probatio ab isirmi
tate humana in his sine quibus hec vita nõ ducit: tũc mul
tiplicatur ŝm tres vires que referuntur ad opus huius vi
te. Et illa que est aliter sapere q̃ res se hz cuz bono animo
non vsq; ad sensus singularitatis cõdendi scismatis vel he
resis sumpta est penes rõnẽ. illa võ que est amare ea sine q
bus vita ista nõ agitur: sumpta est penes cõcupiscibilez. Sz
illa que est cum quis irritat in fratrẽ studio corrigẽdi plus
tamen q̃ christiana trãquillitas postulat sumpta est penes
irascibilẽ. ¶ Ex his pz solutio ad obiecta: qa humana tẽta
tio nõ diuiditur contra diabolicam tẽtationem: sed contra
diabolicã presumptionem. Simil'r pro Christo pati tenta
tio est ꝓbationis per quã intelligat infirmitas humana de
cõstantia. ¶ Patet etiã ꝙ cuz aliqs leditur solus: ⁊ nõ grex
sibi cõmissus: ⁊ grex aliũde habet cõfortationẽ bene põt cõ
surgere ad cõcilium humanuz ⁊ cedere. ¶ Ad id qd̃ querit
Quid sit tẽtare deũ ⁊ q̃ti di tẽtatio regrit.
quid sit tẽtare deũ. dõm ŝm glo. 6° Deutero. ꝙ deum tẽtat
qui hñs ꝙ faciat sine rõne se committit periculo experiens.
Utrũ possit liberari a deo. ⁊ ideo tẽtatio dei supponit tria
s. postulationẽ miraculi sine rõne vtilitatis: ⁊ ꝙ cõmittat se
vel fidẽ discrimini vt per hoc sciat si liberet euz deus ꝙ deo
sit credẽdum. Et 3^m ꝙ non sit perfecta fides in corde. ⁊ hoc
dicit glo. sup v̄suz illum. Ubi tẽtauerũt me patres vestri ꝓ
bauerunt ⁊ viderũt opera mea. s. ꝙ dolose miraculũ postu
larũt in corde nõ credẽtes. ¶ Ad id qd̃ q̃rit de ꝑfectu tẽta
tionis dõm ꝙ lz ad multa valent tẽtationes. tñ ad quatuor
valent sp̃aliter. s. ad emendationem delicti. Et huius exem
plum est de Maria sorore Moysi. Et ad virtutis ꝓbatio
nem. ⁊ huius exẽplum est in Job ⁊ Thobia. Et ad humili
tatem ⁊ experimẽtum proprie fragilitatis ⁊ fortitudinis in
resistẽdo. Et huius exẽplũ est in Ap̃lo Paulo. Et ad glo
riam dei. ⁊ huius exẽplũ est in ceco nato. ¶ Nota idẽ ꝙ glo.
dicit super Matth. sic. Oibus que in mundo sunt vt armis
vtitur diabolus cõtra nos. Nam nihil est in mũdo nisi con
cupiscentia carnis ⁊ concupiscentia oculoꝝ ⁊ superbia vite.
In his enim tribus omnia genera tẽtationum comprehen
duntur. Sed glo. ibidem distinguit genera tentationuz pe
nes obiecta ⁊ generales fines peccatorum. Omne enĩ3 pec
catum: aut fit propter concupiscentiam carnis: aut propter
concupiscentiã oculorum: aut propter superbiam vite.

¶ De q̃tuor coequeuis in cõi. Articulus p̃mus. Qõ 12^me.

Deinde querit de qua
tuor coequeuis in cõi. Et videt ꝙ non sint
tot qa tempus est accidẽs. ⁊ sic erit in aliq
eoꝝ vt in subiecto. accñs autem nũq coe
queuũ subiecto est qd̃ ꝓbat ex hoc ꝙ p̃nci
piat ⁊ causat a subiecto. ergo videt ꝙ ista
q̃tuor nõ sint coequeua. ¶ Itẽ locus ⁊ loca
tum nõ sunt coequeua ŝm nãm. qa locus principium locati
est. cum ergo celũ empyreum sit locus ⁊ angeli locatũ in ip̃o
non vident esse coequeua. ¶ Item dicit phs in libro de cau
sis. ꝙ quedã que sunt post eternitatem sunt supra tp̃s. sed il
la sunt imutabilia sicut celum ⁊ angelica nã. ergo non vidẽ
tur esse coequeua tẽpori. ¶ Item Damascenus 2° lib° ca°
3°. Quidam aiunt ꝙ ante oẽm quidem creationem geniti
sunt angeli: vt Gregorius dicit theologus. primũ quidem
excogitauit deus angelicas v̄tutes ⁊ celestes ⁊ excogitatio
opus eius fuit. Alij võ qñ postq̃ est genitum celum p̃muz.
qñ autem ante oẽm hominis plasmationem omnes confi
tent: ego aũt Gregorio theologo consentio. dicebat eni pri
mum intellectualem substantiã creari: ⁊ scd̃o sensibilẽ ⁊ tũc
ꝙ ex vtroq; .s. hoiem. ¶ Preterea queritur penes quid su
mitur numerus horum quatuor coequeuorum.
¶ Solo. ad hoc vltimuz dõm ꝙ numerus quatuor coeque
uoꝝ accipit penes principia creationis ⁊ coexistentia istoꝝ. Penes quid numerus coequeuoꝝ sumitur.
Sũt eni quedam creata ex mã corporea mutabili ⁊ illorum
principiũ est mã. Quedã võ ex mã imutabili per gñationez
⁊ corruptionem ⁊ hoꝝ p̃ncipium est celum. Quedã võ sunt
non ex mã corporea: ⁊ hec non possunt esse p̃ncipiata ex mã
vel ex celo sicut angelica nã: ⁊ ideo ista tria coequeua sunt.
Tp̃s autẽ coequeuum ipsius ponit ŝm ꝙ sumit extẽso noie
pro mensura cuiuscũq; mutationis ad qd̃cũq; esse. Uñ di
cit ibi tp̃s mensura ꝓgressionis eoꝝ inesse per creationem.
¶ Ad primũ ergo dõm ꝙ tẽpus illud nõ est in vno: sz adia
cet tribus. s. angelo creato ⁊ celo ⁊ materie. Et hz duplicem
comparationem ad illud cui adiacet. s. vt mẽsura ⁊ vt acci
dens. Ut accñs principiat ab ipso ⁊ sic posterius ip̃o est ŝm
intellectum: sed nõ quo ad esse ⁊ durationẽ. Ut mẽsura võ
est passio motus eius ⁊ adiacet ei vt coequeuũ. ¶ Ad aliud
dõm ꝙ locus ŝm ꝙ accipit vt creatum non est nisi extremi
tas corporis alicuius: ⁊ refert ad ip̃m sicut terminãs ad ter
minatum: ⁊ pars ad totũ. Scd̃m aũt ꝙ accipitur in genera
tione ⁊ natura tũc quandam hz influẽtiã principij supra for
mam ⁊ figuram rei gñate in ipso ŝm ꝙ dicit Porphyri⁹. ꝙ
gñationis principiũ dr̃ vel ab eo qui genuit vel ab eo in quo Caplo 6 glo.
quis genitus est. ¶ Ad aliud dõm ꝙ Gregorius theolog⁹
⁊ Damascenus loquunt ŝm ordinẽ intellectus ⁊ nature et
non ŝm ordinem ipsius esse. ŝm intellectũ enĩ3 ⁊ naturã sim
plicia sunt ante composita: vt sensibile ⁊ intellectuale añ ho
minem qui ex vtroq; est. intellectuale võ in ordine simplicĩũ
est ante sensibile: quia intellectuale est finis ⁊ actus sensibi
lis. actus autem vt dicit phs in 9° metaphysice. prior est po Tex. cõ. 6.
tentia suba ⁊ ratione: sed ŝm ordinem ipsius esse nihil ꝓhi
bet intellectuale esse coequeuum celo ⁊ materie que a Da
masceno sensibilia dicunt eo ꝙ a sensibus percipiuntur.

Post hec transeundum est ad ea que ex qua
tuor coequeuis ŝm numerum sex dierum pro
cesserunt. Et queruntur duo. Quia enĩ3 ope
ra sex dierum facta sunt triplici opere. scilicet
creationis distinctionis ⁊ ornatus. Queritur
primo de distinctione ⁊ ornatu eo ꝙ iam habi
tum est de creatione consequenter de ipsis distinctis ⁊ orna
tis. ¶ Circa primum queruntur tria. Quorum primum est
de opere distinctionis. 2^m de opere ornatus. 3^m de trib⁹ ope
ribus in cõi. s. creationis distinctionis ⁊ ornatus.

¶ De opere distinctionis. ¶ Articulus 2⁹.

Ad primū procedit̄ sic. In pn° Genesis super illud. Fiat lux. dicit glo. interlinearis icipit distinguere opera. ergo videt̄ cum per hoc verbum fiat lux aliqua pars materie pme acceperit formam lucis ꝙ distinctio sit acceptio forme spālis. ¶ Itē res in nā sunt in esse disticto. cum igit̄ ex mā non progrediantur nisi per acceptionem forme videtur ꝙ collatio formarum sit opus distinctionis.

¶ Sed cōtra. in omni opere sex dieꝝ semper ponit̄ aliq̄ collatio forme sicut pꝫ in creatione pecoꝝ ⁊ piscium vel volatiliū ⁊ solis ⁊ lune. ergo videt̄ ꝙ opus distinctionis per oīa opera sex dieꝝ extendat̄ qđ est contra omnes sanctos qui dicūt opus distōnis vltra diem tertiam nō extendi. ¶ Iteꝫ videt̄ ꝙ distinctio non fit ad formā sed ad locū. Dicūt eniꝫ sancti ꝙ prima distinctio est lucis a tenebris ita ꝙ lux est in superiori parte ⁊ tenebre in iferiori ex paritate terre. Et secūda distinctio est aquaꝝ que sunt supra firmamētum ab aquis que sunt sub firmamēto. Et tertia aquarum in locū vnuꝫ a terra. Et omnes iste distōnes sunt ad locum: ergo videtur ꝙ distinctio sit acceptio loci. ¶ Item videt̄ hoc ex hoc ꝙ dicunt sancti primo mām omnium fuisse cōfusam: ⁊ per distinctionem vnūquodqꝫ elemētum ad suū locum eē distributū. In hoc eni vident̄ innuere ꝙ distinctio sit distributio elemētorum ad loca propria. ¶ Itē querit̄ cum tres sint distinctiones vt dicūt sancti. s. lucis a tenebris: ⁊ aquaruꝫ ab aquis: ⁊ aquaꝝ a terra penes qđ iste tres distōnes accipiant̄. ¶ Solutio. dicēdum ꝙ distinctio dicit actum iclinātem ad formā cōiter ⁊ ad locū: ⁊ est actus ordinās pncipia nature ad locū ⁊ ad formā actionis ⁊ passionis ⁊ motus. Et per hoc pꝫ solutio ad pma duo. ¶ Ad aliud dōm ꝙ nō quelibet acceptio forme est distinctio: sed pncipioꝝ generaliuꝫ mouētiū ⁊ agētium ⁊ patiētium: determinate autē stelle ⁊ determiata animalia nō sunt gñalia principia sed determinata. ⁊ ideo illa omnia pertinēt ad ornatuꝫ vt patebit in sequētibus. ¶ Ad id autem qđ de plātis potest obijci soluet̄ iferius. ¶ Ad vltimum dōm est ꝙ est principium mouēs influēs virtuteꝫ et non spēm suam his que mouētur ab ipso: ⁊ est pncipiuꝫ motum receptiuū virtutis illius. Et sunt iteꝝ principia agētia ⁊ patiētia ⁊ mouentia inuicē recipientia a seinuicem virtutem ⁊ spēm. Principiū aūt qđ est mouēs tm̄ influens virtutem ⁊ non spēm est duplex. s. substātia mouens ⁊ forma per quā est motus illius. ¶ In prima ergo distōne fit distinctio extremoꝝ abinuicem quoꝝ vnum est mouens influēs virtutem ⁊ nō spēm: ⁊ hec distinctio fit penes formam per quā est motus: ⁊ hec est diuisio lucis a tenebris. lux eni est pma forma per quā mouentur elemēta ad gñationeꝫ ⁊ corruptionem: ⁊ in generatione tamē nō generatur lux sed virtus cōsequens lucē comparatur ad gñationem. ¶ In scđa vō distinctione distinguit̄ mouēs primum ab eo ꝙ mouetur ꝫm subām vt aque que sunt supra firmamētum nō supponūt celum crystallinum vt supra est habitum distinguunt̄ ab aqs que sunt sub firmamēto que supponunt pro materia fluida ⁊ mobili ad generationē ⁊ corruptionē. ¶ In tertia vō distiguuntur agentia ⁊ patientia abinuicem vt aqua ab igne et aere descēdens ⁊ a terra recedens in locum vnum.

Nō qđ dicat distinctio.

¶ Sed contra hanc distinctionem obijcitur: qa cuꝫ prior sit distinctio rei ꝫm substantiam q̄ꝫ ꝫm formam: videret̄ tunc ꝙ secūda distinctio precedere deberet primam. ¶ Item lux non videt̄ esse forma que moueat ꝫm influētiā virtutis tm̄: a quibusdam eniꝫ cōuincat̄ ꝫm spēm sicut ab igne ⁊ aere qñ presens est illuminās. ¶ Iteꝫ ignis ⁊ aer sunt agētia ⁊ patientia sicut aqua ⁊ terra. Et ita videt̄ ꝙ debeant habere distinctionem sicut alia duo elemēta qđ non determinatur in lfa Genesis. ¶ Preterea querit̄ ad quid necesse est esse distinctionē ad locum ⁊ formam ⁊ nō ad alterum tm̄: ⁊ ad quā formā sit distinctio. ¶ Solō. ad hoc vltimum dōm est: ꝙ totum opus sex dieruꝫ terminat̄ ad opus nature: ⁊ ꝫm ꝙ multiplicat̄ opus sex dierum terminat̄ ad opus nature: ⁊ ꝫm ꝙ multiplicant̄ ea que sunt ad perfectionem principioꝝ naturalium multiplicat̄ opus sex dierum. ¶ Primum aūt opus qđ creationis est ipsas substātias principiorum nālium cōducit ad esse. Cum autem ꝫm phm principia ꝫm suas substantias nō agant nec patiātur nec moueant nec mouēatur exigit̄ aliqđ opus per qđ habeant formas mediātib⁹ quib⁹ moueant ⁊ mouēatur ⁊ agant ⁊ patiātur. Dicit eniꝫ sic phs in libro de sensu ⁊ sensato ꝫm ꝙ ignis ⁊ terra nihil facere vł pati nec aliud in quicq̄ꝫ supple cōtingit eis: ꝫm autem ꝙ cōtrarietas in vnoquoqꝫ ꝫꝫ hec omnia ⁊ faciūt ⁊ patiunt̄. hoc igit̄ opus qđ dat principijs nature mouere ⁊ moueri ⁊ agere ⁊ pati est opus distinctionis siue diuisionis vel dispōnis. Opus autem qđ determinat actum actiuorum ⁊ passioneꝫ passiuorum ⁊ motum motiuoruꝫ ꝫm determinatas species in natura est opus pertinens ad ornatum vt in consequentibus patebit. Et cum non plura exigantur ad nature perfectionem non sunt plura opera in sex diebus. Quia vō forma ꝫm quā mouēt ⁊ agunt ⁊ patiuntur principia habet contrarietatem: oportuit ipsa principia ꝫm suas formas ⁊ motas sortiri diuersa loca. Et propter hoc distinctio ad formā est etiam distinctio ad locum per consequēs. ¶ Ad primuꝫ autem dicēdum ꝙ lux est forma inuenta in celo mobili ⁊ nō mobili. Inuenitur eniꝫ in celo empyreo ⁊ crystallino ⁊ sphera stellata ⁊ spheris planetarum. Et ppter hoc cum sit generalior q̄ꝫ substantia celi mouens que primo inuenitur in celo mobili crystallino prior est distinctio sua q̄ꝫ celi crystallini. ¶ Item alia ratione supra in questione de celis probatum est: ꝙ nullum corpus omnino vniforme est mobile: qa sic nō haberet dextram ⁊ sinistram. Et ideo celum crystallinum cum moueatur habebit principia motus dextram et sinistram deiformitatem: aut illam facit disparitas lucis in oriēte ⁊ occidēte. Et ita patet ꝙ lux est aliquo modo principium motus etiam ipsius celi qđ est primum mobile: ⁊ ideo eius distinctio est añ distinctioneꝫ primi mobilis. ¶ Si vō queratur quare nō distinguant̄ alij celi sicut sphera stellata ⁊ sphere planetarum. Dicēdum ꝙ operatio que est super spheras inferiores est operatio pertinēs ad ornatum ppter determinatas stellas ⁊ determinate mouētes vt patebit in opere quarte diei. Sed operatio que est super celuꝫ crystallinum est operatio vniformis in forma ⁊ motu. est enim totum luminosum habēs vniformem motum. s. diurnuꝫ tm̄: ⁊ ideo non determinate mouet ad hanc spheram vel illam: sed ad omnem sensum qđ exigitur in opere distōnis. ¶ Ad aliud dicēdum ꝙ alterius rationis est in natura lux ignis ⁊ aeris ⁊ celi. ignis enim ⁊ aeris est corruptibilis ⁊ miscibilis corporibus alijs: sed nō lux celi. Eoꝝ enim est mixtio quorum est materia vna ⁊ forme contrarie. Celum autem cuꝫ inferioribus non habet eandem materiam neqꝫ contrariā formam. Et ita patet ꝙ inferiora non accipiunt lucem celi: sed virtutem que consequitur luceꝫ que mouet ad generationem ⁊ corruptioneꝫ. Et hoc intelligit̄ de luce ꝫm ꝙ est in celi partibus vt in subiecto: ⁊ non de illa que effluit in aereꝫ vel alia elemēta: qa illa iudicio meo qualitas est ⁊ generabilis ⁊ corruptibilis vt infra dicetur. ¶ Ad aliud dicenduꝫ ꝙ in media distinctione quādo distincte sunt aque inferiores a superioribus: ⁊ per hoc ipsum ꝙ aque acceperunt iferiorem locum ignis ⁊ aer distincta intelligunt̄. ¶ Iteꝫ in 3° distinctione quādo aque disticte sunt a terra: tūc distincta sunt duo inferiora elemēta. Et hoc est ꝙ dicit Beda super Geñ. ꝙ ignis ⁊ aer distincta sunt quando libera ab aquis sursum serena remanserunt.

Vide p̄ ꝫ Aū roē. 2. cap̄ de subā orbis.

¶ Articulus 3⁹.

Secūdo queritur de opere ornatus. Et videt̄ ꝙ non aliquod opus sex dierum sit opus ornatus. Ornatus enim pertinet ad bene esse: opera vō sex dierum pertinent ad esse principiorum naturalium: vt patet percurrenti per singula: ergo videtur ꝙ nullum opus sex dierum pertineat ad ornatum. ¶ Itē ornatus fit de aliquo pulchro ⁊ precioso qđ est alterius nature q̄ꝫ id quod ornatur: sed luna ⁊ stelle non sunt alterius nature q̄ꝫ celuꝫ vt probat Philosophus in secūdo de celo ⁊ mūdo. Similiter pisces ⁊ animalia non sunt alterius nature q̄ꝫ de natura elementorum: ⁊ ita videtur ꝙ talia non pertineāt ad ornatū. ¶ Itē videtur ꝙ opus dispositionis ⁊ ornatus non differāt: quia dicit Strabus super Genesim sup illud fiat lux ꝙ pulchre ornatum mundi a luce inchoat sine qua cetera opera indecora ⁊ inuisibilia remanerent. Et constat ꝙ ibi incipit opus distinctionis: ergo videtur ꝙ opus distinctionis ⁊ ornatus non differāt. ¶ Item si opera sex dierum sunt ad instaurā-

Tex. cō. 49. ⁊ infra.

cta opera nature: videtur ꝙ ex hoc accipitur ꝙ de⁹ in septi/mo die quieuit ab ope qd̃ patrarat. Et dicit Augustinus ꝙ quieuit.i.ab opere cessauit: quia nihil nouũ postea fecit qd̃ ante in specie ⁊ materia non fecerat. Si inquam sic est: tũc ornatus videtur esse opus: principia nature mouentia agẽtia ⁊ patientia ad determinatas species conducẽs: quibus speciebus motus ⁊ actiones eorũ determinẽtur vt res determinate in forma ⁊ specie ab eis possint produci. Si autẽ hoc est tũc productio plãtarum videtur pertinere ad opus ornatus: quia in illis actiua ⁊ motiua prĩcipia in natura ad specialium formarum productionem sunt determiata. Qd̃ si cõcedatur erit cõtra glosam supra Geñ. que dicit vegetabilia ad opus dispositionis siue distinctionis pertinere eo ꝙ radicibus terre sunt affixa. ¶ Solutio. dicẽdum ꝙ opus ornatus vt prehabitum est: est opus ad speciales formas cõducens prima nature principia. ¶ Et ad hoc intelligẽdum notãdum ꝙ superiora dicuntur mouere dupliciter ẽm ꝙ in eis inuenitur duplex motus. ẽm enim motum diurnũ qui est celi qd̃ est vniforme mouent vniformiter. ¶ Idem enĩ eodem modo se habens: vt dicit Philosophus in secũdo de generatione ⁊ corruptione. semper facit idem. Secũdus motus superiorum est celorum iferiorum ⁊ difformiũ: ⁊ ille est motus qui proprie est zodiaci ⁊ ab occidente in orientem vt supra habitum est. ⁊ ille in motibus habet diuersitatem ẽm diuersitatem stellarum que accipiũt diuersos situs ⁊ diuersas eleuationes ⁊ depressiones ⁊ accessus ⁊ remotiones ex motu suo qui sequitur circulum obliquũ. Et ille motus est causa diuersorum in specie in iferioribus: quia sicut idem eodem modo se habens semper facit idem: ita diuersum diuersimode se habens natum est facere diuersa semper. Similiter in inferioribus prĩcipia nature actiua ⁊ passiua que sunt in elementis non sufficiunt ad productionem perfectorum in specie ⁊ forma. cõmixtio enim elemẽtorum non facit hominem nec leonem: sed oportet efficiẽtie esse in simili actu cum effectis vt homo hominem ⁊ leo leonẽ ꝑducit: ⁊ propter hoc exigitur opus ornatus post opus distinctionis ⁊ vt determinẽtur principia nature agentia ⁊ mouẽtia ad formas determinatas in speciebꝰ diuersis. ¶ Ad primum ergo dicẽdum ꝙ est ornatus additus ad venustatem eius ꝙ iam perfectũ est: ⁊ ille pertinet ad bene esse. ⁊ est ornatus in hoc ornãs ꝙ determinat ad pulchritudineẽ forme id quod añ indeterminatum erat ⁊ cõmune ⁊ hoc pertinet ad esse. Et hoc est idem cum eo qd̃ alij dicũt ꝙ est ornatus cuius finis est id quod ornatur: ⁊ hoc pertinet ad bene eẽ. ⁊ est ornatus qui finis est ei⁹ qd̃ ornatur: ⁊ ille pertinet ad eẽ in specie determinata. Finis enim in natura est forma ⁊ vltimus finis est vltima forma que est anima. ¶ Ad aliũ dicendum ꝙ ornatus primo dictus qui est de bene esse est alterius nature: q̃ res que ornetur. sed ornatus secundo modo dictus est in re quã ornat sicut species in materia: ⁊ non oportet ꝙ habeat diuersitatem ab ipsa. ¶ Ad aliud dicendum ꝙ Strabus accipit ornatum gñali nomine pro omni forma: siue sit cõmunis siue determiata in specie: ⁊ hoc modo verum est ꝙ opus distinctionis comprehendiẽ sub opere ornatus: sed quia ornatus dicit decorum ⁊ decorum non ita apparet in cõmuni sicut in speciali: ideo alij sancti opus ornatus diuidunt cõtra opus distinctionis siue dispositionis. ¶ Ad aliud dicendum ꝙ tribus de causis vegetabilia pertinẽt ad opus distinctionis ⁊ non ornatus. ¶ Quarum prima est ⁊ precipua hec: quia planta non de necessitate ꝑducitur a planta: sed ad productionem plante sufficit ꝓportio mixtionis agentium ⁊ patientium in inferioribus ad naturam plante ⁊ proportio stellarum mouentium in superioribus: in animalibus autem maxime perfectis non sufficit hoc: oportet enim ꝙ animal ex aiali producatur. ¶ Et hãc causam tangit Philosophus in ꝑmo de vegetabilibus. ꝙ principium cibi plãtarum est a terra: ⁊ prĩcipiũ generationis fructuum a sole. quia Anaxagoras dixit ꝙ earum fructus est ab aere: ⁊ ideo dixit Letynion ꝙ terra est mr̃ plantarum ⁊ sol pater. Qd̃ autẽ animal producatur ab animali ⁊ non sufficiant elementa ⁊ stelle ad productionem perfectorum animalium: expresse dicit Auerrois in cõmento super 11° metaphysice. ⁊ Damascenus in secũdo libro dicẽs. ꝙ oportet scire ⁊ quorũlibet animalium prime hypostases facte sunt per creationem. ¶ Secũda causa est quam tãgit glo. scilicet ꝙ radicibus terre adherent imobiliter: vnde et ipsa diuersitatem accipiũt in sapore ⁊ fructu ⁊ natura ẽm diuersitatem locorum in quibus plantãtur. Et hoc est qd̃ dicit Philosophus in ꝑmo de vegetabilibus. Plãta est terre affixa: ⁊ non separatur ab ea: quidaꝫ võ loci sunt meliores quibusdam. Similiter meliores sunt fructus in vno loco q̃ in alio. Et alibi circa finem primi vegetabilium dicit ꝙ helenum perniciosum natum in Persia in Egyptum et Hierusalem trãsplantatum factuꝫ est comestibile. ¶ Tertia causa est q̃a cũ precipuus ornatus in iferioribus sit adeptio anime: plãte nõ habent aiam perfectam. Et ideo dicit Gregorius in quadam omelia paschali ꝙ plãte viuunt nõ per animam sed per viriditatem. Et phus dicit in ꝑmo de vegetabilibus. Plãta nõ indiget dormitione ꝓpter multas causas: q̃a posita est ⁊ plãtata in terra ⁊ alligata ei nõ hꝫ motũ in se: neqꝫ terminum terminatũ in partibꝰ suis. Hoc est ꝙ aia ipsius nõ terminaẽ ad specialia organa in suis opibꝰ: nec hꝫ sensum: nec motum volũtarium: nec aiam perfectã: imo nõ habet nisi partem partis anime. Et ideo dixit etiaꝫ Abrutalius ꝙ planta habuit generationem mundo adhuc diminuto ⁊ nõ perfecto in complemento suo ⁊ eo completo generabatur animal.

¶ Articulus 4⁹.

Tertio querit̃ de tribus his operibus in cõi: Et videt̃ ꝙ plura sint opera: q̃a sicut dicit Alchimi⁹ super Geñ. in ꝑncipio quatuor modis operat̃ de⁹. ꝑmo in verbo. secũdo in materia: vñ qui viuit in eternũ creauit omnia simul. 3° per opera sex dierũ varias distinxit creaturas. 4° ex ꝑmordijs seminalibus vel primordialibus semibꝰ nõ incognite oriunt̃ nature: sꝫ note sepius ne pereãt iformant̃. vnde in Joãne. Pater meus vsqꝫ mõ operat̃ ⁊ ego operor. Cũ igit̃ ẽm hãc glo. q̃tuor modis distinguatur opus diuinum. videt̃ ꝙ sancti insufficiẽter distinguũt per tria. ¶ Iteꝫ videt̃ ꝙ q̃nque sunt opera q̃a glo. nõ facit mẽtionem de opere ornatus: sed tm̃ de opere distõnis ⁊ creationis. ¶ Item videtur glo. esse diminuta: q̃a est quoddã opus diuinum miraculosum: ⁊ de hoc nõ facit mẽtionem. ¶ Item querit̃ q̃re penes tres modos operatiõis sex dierũ accipiãtur. ¶ Solutio. ad hoc vltimũ dõm ꝙ opus sex dierũ vt dicit Augustin⁹ in libro super Geñ. ad lrãm. est ad instaurãdum opus nãe in perfectione causarũ nãliũ: ⁊ ideo terminat̃ in quiete sabbati quãdo iam nihil nouũ creauit deus nec in forma nec in materia: sed ex ꝑmordialibꝰ causis natura operãte ꝓpagauit ea que creauerat ⁊ distinxerat ⁊ ornauerat. Et iõ sufficiẽtia horum trium operum habet̃ ex sufficiẽtia principiorum nature: imo exigitur substãtia ipsorũ principiorũ sicut est in substãtia celi qd̃ est primum ꝑncipium mouẽs in natura ⁊ materia quatuor elemẽtorum que primũ subiectũ est mobilium in natura: ⁊ ad hãc substãtiam principiorum est opus ipsius creationis. Secũdo võ exigitur in natura ꝙ in ipsis substãtijs principiorum sint forme quibus mouent et agũt ⁊ patiũtur eo ꝙ substãtia ẽm se nec mouet nec mouet̃ nec agit nec patitur. Et ad formas est opus distĩctiõis. Et quia forme ille cõtrarie sunt propter hoc distinctio est etiaꝫ per ꝯsequens ad cõtraria loca. Quia võ natura nõ tm̃ agit ⁊ patitur: sed determinate etiam ꝑducit generabilia ⁊ corruptibilia in formis spiritualibus perfecta ꝓpter hoc necessarium fuit distinguere motores per formas speciales sicut patet in superioribus in stellis ⁊ in inferioribus agentia et patientia sicut patet in animalibus distinctis per species: ⁊ ad hoc est opus ornatus. Et q̃a nõ exiguntur plura ad perfectioneꝫ nature operãtis ẽm ipsius nature principia: ideo non sunt plura opera in ꝑma perfectiõe mũdi. ¶ Ad ꝑmũ ergo dicendum ꝙ glosa non distinguit tm̃ opera que principia prima mundi ad esse conducũt: sed quecũqꝫ opera siue sint opera simpliciter siue ẽm quid. Et dico opus ẽm quid opus in verbo: hoc enim proprie loquendo nõ est opus: nihil aliud enim est q̃ generatio filij ẽm ꝙ verbũ dicitur filius ⁊ sapiẽtia patris: ⁊ ars plena rationibus omnium creandorum vt dicit Augustinus. Et ideo res facte non sunt in verbo nisi ẽm quid: hoc est ẽm ideas que sunt lux ⁊ vita in arte ⁊ verbo ꝑmi artificis ⁊ hoc patebit alibi. ¶ Ad aliũ dicendum ꝙ glo. distinctionem appellat quãlibet determinationem

Quid sit op⁹ ornatus ⁊ q̃re ponatur.

Tex. cõ. 56.

Nõ tres causas ob q̃s vegetabilia poti⁹ ad op⁹ distõnis q̃ ad op⁹ ornat⁹ spectãt

Cõmẽto. 13. et 16.

Quid p opus simplr ⁊ q̃d op⁹ f3 q̃d intelligitur.

natīonem materie ad formā siue illa forma sit cōmunis prīncipij in natura oīum creatoꝝ siue specialis principij in natura quoꝝūdā tm̄: vt asini ⁊ capre: ⁊ idō oꝛnatus cōpꝛehenditur sub distinctione qꝛ oꝛnatus nihil aliud est q̄ȝ distinctio principioꝝ cōmunium. ¶ Ad aliud dōm q̄ opus miraculi sub opere tertio cōpꝛehēditur: omnia enim miracula in forma ⁊ in materia quo ad aliquas rationes seminales continentur in operibus sex dierū. Et hoc est q̄ dicit Augustinus q̄ in pꝛimoꝛdijs rerū deus disposuit cāles rōnes qbus postea operaret̄ miracula vt patebit in qōne de miraculis.

¶ De ipsis creatis distinctis ⁊ oꝛnatis. Et pꝛimo an omnia simul creata sunt.

Consequēter querit̄ de ipsis creatis distinctis ⁊ oꝛnatis. Et qꝛ due sunt circa hoc sanctoꝛum patrū opiniones. Dicunt enim quidā omnia creata fuisse simul in materia ⁊ foꝛma: vt Augustinus in li° super Genes. ad lr̄am pꝛobat. Alij vō dicunt oia quidē simul creata fuisse in substātia materie: sed nō simul per spēm foꝛme. ¶ Querendū est p° vtrū oia simul facta sunt in mā ⁊ foꝛma vel nō. Et si sunt simul creata ſm quēdā modū: qd vocet̄ ibi dies pꝛimus ⁊ secūdus ⁊ tertius ⁊c̄. ¶ Postea vō querēdum est de singulis operib⁹ que in pꝛincipio Genes enumerant̄.

¶ Utrum omnia simul facta sunt. Articulus 5°.

Ad pꝛimum pcedit̄ sic. Dicit̄ ecclesiastici 43°. Qui viuit in eternū creauit omnia simul: g̃ videtur q̄ simul oia sint facta. ¶ Item glo. super eūdē locū cū factuȝ celū ⁊ terra describit̄ simul spiritualia ⁊ coꝛpoꝛalia ⁊ quicqd de celo ⁊ terra pducit̄ indicat̄: ergo cuȝ de terra pducant̄ animalia ⁊ plante ⁊ stelle de celo que per distinctionē dierū a Moyse facta narrant̄ facta vident̄ esse simul. ¶ Iteȝ adducant̄ rōnes Augustini. Quarū pꝛima sumit̄ ex illo verbo Genes. iste sunt generationes celi ⁊ terre quādo creati sūt in die quo fecit deus celū ⁊ terrā: ⁊ oē virgultuȝ agri anteq̄ȝ oꝛiret̄: omnēq̄ȝ herbaȝ regionis pꝛius q̄ȝ germinaret. Sed ꝯstat q̄ virgultū agri ⁊ herba regionis facta sūt tertio die. Et hic dicunt̄ facta in die quo fecit deus celū ⁊ terrā ⁊ hec fuit pꝛima dies: ergo opera oīum dierum facta sunt illa die cū nō est alia ratio de alijs: ⁊ sic tertia dies est idē cuȝ pꝛima die. ¶ Item hoc expꝛessius accipitur ex alia translatione in eodem loco que sic habet. Hic est liber creature celi ⁊ terre cū factus est dies fecit deus celū ⁊ terrā ⁊c̄. Ex hoc enim vt ait Augustinus. intelligit̄ deus fecisse vnū diem in quo fecit deus celū ⁊ terrā ⁊ virgultuȝ agri. vnde in hoc die tēpus intelligimus quo ante oēm creaturaȝ huius seculi dicit facta sunt oia simul. ¶ Item Job 40°. Ecce vehemoth queȝ feci tecū. Cōstat enim q̄ vehemoth antiquū hostem significat: qui cū alijs angelis factus est ⁊ homo sexto die. ergo opus pꝛime diei factus est cum opere sexte diei: ⁊ ita facta sunt omnia siml̄. ¶ Item sunt rationes Augustini in pꝛimo super Genesim ad litteram ducentes ad inconueniens distinctionem trium dierum qui fuerunt ante creationem solis ⁊ lune ⁊ stellarum. Dicit enim q̄ non potest dici fiat lux ⁊ dies per circulum aliquem: quia non erat circulus distinctus in quo lux illa rotaretur: nec erant animalia ad quoꝝū salutē hoc fieret: nec erat aliquis in cuius habitatione esset dies: ita q̄ in opposita habitatione esset nox sicut mō quando dies est in nr̄o hemisperio in iferioꝛi est nox. Nec potest astrui aliquo exemplo nisi foꝛte dicat̄ de radio oculi. sȝ hoc nō est simile: quia in celo nō inuenit̄ claudens ⁊ aperiens lucem. Similiter radius oculi pꝑter sui debilitatem indiget vt exterioꝛi luce iuuetur. lux autē superioꝛ nō indiget. Nec potest intelligi per contractionem ⁊ emissionē luminis fuerit illa distinctio quia ratio huius nulla haberet̄. ¶ Preterea hec expositio auctoꝛitatē a sacra scriptura nō habet. Et sic pꝛobat Augustinus q̄ nulla est distinctio pꝛimoꝛum triū dierum. Et eadem est ratio de oib⁹: ergo vr̄ q̄ sex illi dies per moꝛas tempoꝛum non sunt distincti. ¶ Item aliter pōt obijci per hāc opinionē dicit̄ in psal°. dixit ⁊ facta sunt mādauit ⁊ creata sunt. Cum igitur dictio dei nō exigat moꝛas tempoꝛis non videtur q̄ sex illi dies per moꝛas tempoꝛum sint distincti. ¶ Item totum spatium sex dierum deputatur operi ⁊ septimus dies quieti. ¶ Queratur ergo cum opus vnius diei in momento factum sit vt per residuum spatiuȝ eiusdem diei fecit deus. Non enim quieuit qꝛ non quiescit artifex donec aliquid restat operandum nisi lassetur in opere. deus autem infatigabilis artifex est ⁊ restabat aliquid operandū: sicut patet in opere sequentis diei. ergo quieuit: ⁊ tamen nō inuenitur quid operatus sit. ergo patet q̄ opus diei per spatia tempoꝛis non distenditur. ¶ Itē perfectissimi agentis perfecta est operatio: sed perfectissima operatio est omnia creare simul in materia ⁊ foꝛma: ergo hec debet̄ perfectissimo agēti qui est de⁹: ergo deus simul omnia creauit in materia ⁊ foꝛma. ¶ Item si facte essent res in mā aut hoc esset in materia sola aut in materia cuȝ foꝛma aliq̄ sed non distincta ⁊ perfecta qualis est foꝛma confusionis.

